

Ambians cupiditate preoccupat, dicens: Tandem respexit in me Deus, cognoscens me iustum esse. Sidonio, largitusque est mihi hanc potestatem. Cumque per totam urbem superbus ferretur, adveniente die Dominico, qui imminet post transitum sancti viri, preparato epulo, iussit cunctos cives in domo Ecclesie seniores: despectusque senioribus, primus recumbit in thoro. Cui cum pincerna, oblato poculo, dixisset, sibi per somnum mandatum a Iudice cunctis potestate prastantiore, ut ipsi diceret, quod Sidonius ipsum accessit deprecatus esset ad respondendum cause sue; alioquin si taceret, morte pessima se moriturum: hanc eo loquente, exterritus presbyter, elapso de manu calice, reddidit spiritum. Tale iudicium super contumaces clericos Dominus in hunc prelatum mundum, ut unus Artii foret mortem, alius tanquam Simon Magus, Apostoli sancti oratione, ab excelsa arce superbie preceps allideretur.

Memorable est quod de Stachyate Uladislai Regis Hungarorum fratre commemorat *Duisbravus in sua historia Bohemica*. Hic Adelbertus Archiepiscopus Pragensis, quod populum haberet contumacem, ultro resignabat Præfulatum. Verum ille velut indignabundus illius a se insignia oblata respuit, verum mox magno tuo infornio ambis. Ita evenit, Adelberto enim Romam profecto, fratre & consanguineis etiam urgentibus, ambitiosè inhiat illius insule *Stachyatus*, eamque consecutus. Res mira! Evocatur Moguninus Præful, qui Obone Imp. annuente eum consecraret, & ecce omnibus ad eam solemnitatem preparatis, dum se illi ante aram prosternit, a Demone cortipitur, & miserè omnibus videntibus frangulatur. *Duisbravus lib. 6. Historia.*

ELECTIO AD EPISCOPATUM
FACTA DIVINITUS.

De Ambrosio, qui Iconii Ecclesie præsul, permulta sunt consideranda & memoria digna. Fuit enim senex simplex, in quo doctrina & vita ex æquo inter se ita certarent, ut aliquot etiam ediderit libros. Sed enim divina gratia aliter res nostras dispensans, & ordinans, incredibili quodam modo miraculo naturæque captum excedens, atque novum in hoc viro exhibitum prodigium. Siquidem ad eum in solis locis philosophantem, propter excellentem & vitam & doctrinam ejus, Angelos Deus misit, qui mystica & arcana benedictione & Episcopali arrogatione, eum dignitati intellectuali modo consecraverunt. Ad hunc quoque non longo post tempore eligendum atque ordinandum in eum locum Episcopi convenere. At ubi ex eo cognoverunt, ab Angelis Dei consecrationem eum suscepisse, data de tam facta & divina gratia Deo gloria, ut Pontificem Dei & Evangelii præconem, fideique defensores, cum timore reverenter hominem admirare, & solita salutatione atque osculo ei impertire, ea que Episcopalis functionis sunt, administrare & exequi permittere. *Niceph. Callist. lib. 11. hist. Eccles. cap. 20.*

Anno redemptionis nostræ 238. post Anteri summi Pontificis mortem, ajunt, Fabianum unâ cum aliis ex agro Romanæ commiserit, ibique sua collocasse domicilia; ubi, divina & celesti gratia largiente, ad Cleri administrationem mirandum in modum evectus est. Nam cum omnes fratres, causa delicti ejus qui Episcopatum gereret, in Ecclesia convenissent, & multi de multis illustribus & præclaris viris ad illud minus obediendum idoneis cogitarent: quantum Fabianus, quantum forte præfatus erat, nemini in mentem venerat, deperenti tunc ei columbam è sublimi devolantem, que simulavit em Spiritus sancti, super Salvatore in specie columbe decesserentis, representare videbatur, ejus capiti infuditur memorem: ac propterea populum univertum pariter uno sacrati Spiritus infunditum commotum, magna cum alacritate, & uno animorum consensu, eum dignum eo dignitatis gradu acclamasse, & abique mora abreptum illum in sede Pontificia collocasse. *Euseb. lib. 6. hist. Eccles. cap. 22. apud Baron. tom. 2. an. 238.*

Mortuo ante annos quinquaginta Paulo IV. Præsule maximo, ex familia Caraffarum, cum in loco ejus alius creandus esset Pontifex Romanus, atque ea de causa jam inter se Cardinales in Conclave deliberarent: ecce super sedem Joannis Angeli Cardinalis Medicæ, qui postea Pius IV. dictus est columba circum liberè volans, tandem confidit. Quam rem haud aliter prudentes interpretati sunt, quam Ecclesie Primum illi portendi. *Ascan. Capric. in Annal. Ital.*

GREGORIUS Magnus ad summum Pontificatum jam eve-

ctus, cum litera Imperatoris de confirmatione electionis E Romanæ delata essent, fugam meditatur, infirmitatis sue conficius. Quia verò palam egeret portas civitatis non poterat, ad negotiatoribus exponendum se, dissimulato (ut ferret) habitu, callidus impetravit; silvarum saltus experit, cavernarum latibula requisivit. In quibus, dum ab omnibus summa solitudine quæretur, iudicio columnæ fulgidæ super se jeter è caelo dependens agnoscitur, capitur, trahitur, & apud beati Petri Apostolorum Principis templum Pontifex consecratur. *Joan. Diacon. lib. 1. c. 44. in vita Greg. lib. 6. Ep. 4. ver. edit.*

Non prætereundum hic est, ut magnus ille Rhenensis Ecclesie Episcopus REMIGIUS, Francorum Apostolorum nominatus, defuncto ejusdem civitatis Episcopo Gennadio, immaturus ævo, moribus autem lenior, populi voce, provincialium Episcoporum consensu, divino cooperante suffragio, in Rhenem Episcopatum ex inferioris cleri militia assumptus fuerit, annum ætatis ægens vigesimum secundum. Res ita in rebus ab eo gestis describitur. Cum Remigius ad viginti & duos ætatis annos pervenit, defuncto Gennadio Archiepiscopo in hac urbe Rhenensi, omnium generaliter votis ad Pontificii honoris culmen rapus fuisse dignoscitur potius, quam electus. Fit ergo concursus populi, diversis quidem sexus & dignitatibus, necnon & ætatis; sed unus atque ejusdem sententiæ: cuncti hunc verè dignum, & qui populi præfati deberet, acclamabant. Vir autem beatissimus hinc angustius deprellus, nimis afflictaur angoribus; quia nec fuge locus ulquam patebat, nec populorum, ut intentione cepta respiceret, ullo modo satisficere poterat: Divinæ namque erat voluntatis, ut qui omnium saluti profuturus erat, omnium acclamationibus eligeretur; & qui unitati fidei cum jam fidelibus, & futuris fidelibus erat provisorius, unione cuncti populi ad sedem eveheretur sacerdotalis honoris. Sanctissimus autem vir cum his acclamationibus se urgeri conspiceret, de infirmitatis & ætatis sua tempore conqueri cepit; & quia Ecclesiasticus ordo infirmam ætatem ad hanc non reciperet dignitatem, voce publica fatebatur: timebat enim, ne immatura ætas, inani veritatis impugnat, aliquid contraheret sinistra. Sed divina gratia, & voces popularum constantissime in ejus fecit perdurare electione, & sanctum virum ab antiqui hostis G

textu malignitate. Quod ad hæc (ait Baronius) de ætate pertinet, accidisse interdum cognoscitur, ut cum in aliquo eminentissima virtus atque scientia egregia cerneretur, de minori ætate ratio minime haberi solet; ut vidimus accidisse S. Joanni Chrysolomo, qui nonnulli fuga sibi consulere poterunt, ne ejusdem ætatis Episcopus ordinaretur. Sed hæc haud facta esse abique divino suffragio, que ab eodem auctore subduntur, ostendunt his verbis: Et cum populi acclamatione frequentia, & sanctissimus vir magna renitentur constantia, placuit omnipotenti Deo, ei manifestissimis manifestare indicis, quod ipse de eo haberet iudicium. Etenim cum modo prædicto reniti conaretur, videntibus cunctis qui aderant, descendit subito radius novi luminis super ipsius sancti viri verticem, ac si ipse Sol de caelo motus super eum cecidisset; & quia illuminandarum lux parabat animarum, ipse quoque eum ad hoc opus ascisceretur, lumine debuit declarari visibili. Et paulo post: Placuit etiam omnipotentis divina, huic miraculo aliud etiam addere ad ostensionem meritum beati viri. Etenim radio illo se illustrante, sensit capiti suo unguinis sacri infusum liquorem, quo totum ejus delibatum est caput. *Hincmarus in vita S. Remigii Baron. tom. 6. anno 471.*

In electione Præsulis hic error interdum committitur, ut propria potius spectetur utilitas, quam ut divini obsequii ratio habeatur. Unde plerumque fit, eos ita punios esse à Deo, ut à quibus possimum omnia sperabant, & quibus hæc spe immerito suffragati erant, ab illi non modo nihil præmiserent, sed malè etiam tractarentur, iusto utique Dei iudicio, ut & ipsi per que peccarent, plecterentur, & alii dicerent eorum exemplo, ac tam evidentes, tamque præsentis pena detererentur. Quod præter declaratum est Alexandro V. Pontif. qui cum quorundam Cardinalium suffragatione, suam magis quam Ecclesie utilitatem spectantem, ad Pontificatum proventus esset, pro magno commodis, que sibi sponderant, magnas cuncti ab eo calamitates acceperunt. Ita enim memorie proditum est, omnes, qui illi in dignitate adipiscenda faverant, non multo post alios alias penas luisse, partim exilio, partim terribi carere, partim etiam capite damnatos; quin etiam multos Romanos proceres, quorum propinquales

A nales illum extulerant, variis ex causis, vel sublatos, vel bonis exutos. *Hieron. Platus de dignis. & offic. Card. cap. 31.*

Regnante JUSTINIANO Imperatore, servus Dei Menas, regie urbis Patriarcha, ad sanctiorum Patrum vitam migravit. Cujus obitus nuncio ad Christianissimum Imp. petato, multi certatim incredibili studio conabantur amicos Imperatoris promissis & munibus contempere, ut hominibus indignis Pontificatum deferret: sed qui omnia facit & mutat, quique scrutatur corda & renes Deus, cor Imperatoris ad virum dignum inclinavit. Itaque sancto Clero sacroque Senatu liberè consilium suum exposuit Christianæ religionis studiosissimus, & in congregandis sanctis Episcopis diligentissimus Imperator, affirmans, se de illo divinam visionem vidisse: Cum enim, inquit, in æde S. Petri Principis Apostolorum, in qua Senatus habebatur, me somnus complexus esset, in quiete vidi Principem Apostolorum mihi magnum Eutyrium ostendentem, dicentemque: Fac, ut hic sit Episcopus. Hec cum ita se habere jurejurando affirmaret Imperator, omnes ipsius contentionem ac studium, quod divino quodam splendore vultus declarabat, conspicientes, uno animo, eadem mente, ante tempus conclamantur: Dignus est, dignus est, Episcopus. Cum igitur illi omnia ordine, & ex divinatorum Canonum præscripto contigissent, & tempus esset, ut sacramentum manuum impositione & initiatione consecraretur, pater & magister ipsorum adjuvare ad sanctum Altare, qui multos ad illud Sacerdotes atque Pontifices erant adducere, precibus, manu, & divinis ac venerandis oculis consecratur, sancto Spiritu iungitur: vel potius sanctificatus ipse vicissim præfatus omnes Pontifices sanctificat: ovis errantis tyrum super humeros tollit in sedem sublimem ascendit, in solio sedet; atque Pastorum Principem Christum in celum revertentem imitatur: dicit enim populo univertum, Pax vobis: & ab omnibus illud vicissim accipit. *In vita Eutyrii ab Eustachio scripta apud Met. & Surb. 6. April. Tom. 2.*

Accidit quiddam simile in Ecclesia Mediolanensi memoratum dignum. Mortuo namque Episcopo Auxentio, qui ab Arrianis fuerat ordinatus, Mediolanenses iterum propter electionem Episcopi turbabantur. Erat autem multa inter eos contentio, aliis unum eligere satagentibus. Cum autem eam C ob rem orta esset seditio, veritus ejus Provincie Præfectus, consularem habens dignitatem, nomine Ambrosius, ne absurdum quid in civitate ex ea perturbatione fieret, ad Ecclesiam compescenda feditio nis gratia occurrit. Cum autem in ipsius præsentia populus quiesceret, & ipse multis utilibus adhortationibus inconditis multitudinis impetus compesceret: subito fit omnium consensus, vociferanturque, Ambrosium dignum esse Episcopatum; illumque cuncti ordinari petunt: nam hoc solo pacto univertum fere populum, & fidei concordiam amplecturum. Quoniam igitur præfatus tunc Episcopus consensus iste populi divinitus videbatur esse datus, abique ulla institutione Ambrosium apprehendunt, & baptizatum (erat enim adhuc catechumenus) mox ad Episcopatum Sacerdotium provehant, licet detrectantem; & Valentiniano Imperatori, que gesta essent, significant. Imperator, cum populi consensum admittit, tum opus Dei, quod factum erat, agnoscens, significat Episcopum, ut Deo serviant, qui hunc ordinari jubet. Esse enim electionem: illius Dei magis quam hominum. Ad hanc itaque modum ordinato Ambrosio, Mediolanenses, qui antea divisi fuerant, propter ipsum ad unitatem redierunt. *Socr. hist. Eccl. l. 4. c. 30.*

Anno Christi Domini 1161. Legati sedis Apostolicæ in Angliam ad Eduardum Regem missi agunt, ut S. Vultanus Vigorniensis Ecclesie Episcopus eligeretur. Res verò gesta ita à Rogerio describitur: Coniugit namque eo tempore, & Legatos Rogerio sedis ejus electioni interesse, Armentredum (cillece Scudemense Episcopum, & alium, qui à domino Papa Alexandro pro responsis Ecclesiasticis ad Regem Anglorum Eduardum missi, regio præcepto Vigornie per totam ferè Quadragesimam debebant, expectantes responsum suæ legationis usque ad curiam regalem proximi Palæte. Hi videntes, dum ibi morantur, ejus laudabilem vitam, in ejus electionem non tantum consentiebant, imò tam Clerum, quam plebem maxime ad hanc infestabant, suaque auctoritate electionem firmabant. Illo verò oblitatissime remente, seque indignum acclamante, & cum Sacramento etiam affirmante, se multo libentius decollationi, quam tam alte ordinationi succumbere velle; cum sapè à viris religiosis super hoc conventus ad consentiendum minime persuaderi posset, tandem à viro Dei incluso Vullis, qui tunc plus quadraginta annis solitariam

L. B. T. beati, vite Human. Tom. 111.

vitam egisse noscebatur, acriter pro inobedientia & obstinatione correptus, divino etiam oraculo territus, consentire cum maximo cordis dolore compulsiis est: & Episcopatum suscepto, Dominico die, quo sanctæ Mariæ Nativitas celebratur, consecratus, vita & virtutibus clarus, Vigorniensis Ecclesie Præsul effulsit. Consecratus est ab Adredo Eboracensi Archiepiscopo, eò quod Stigando Dorobernia Archiepiscopi officio Episcopali tunc à domino Papa interdictum erat, quia Roberto Archiepiscopo vivente, Archiepiscopatum sibi presumpsit. *Ex hist. Anglic. Rogerii, Baron. tom. 11. ad ann. 1161. n. 72.*

Alexander Episcopus Alexandria, cum jam de vita decessurus esset, suum in Episcopatu successorem Athanasium reliquit, divina quadam impulsione, mea quidem sententia, ad ei suffragandum inductus: siquidem ferunt, illum, cum conatus fuerat fugere, invitum ab Alexandro ad Episcopatum illum capessendum compulsum fuisse. Cujus rei testis est Apollinaris Syrus, qui ita scribit: Neque postea à bello delitescere impit, sed uti in initio adversus beatum hujus viri magistrum arma sumpturam, & iste non aliter atque filius patri, ei advocatus aderat; ita post in hunc ipsum, ut primum in Episcopatum successisset, impetum fecerat. Qui tamen auctore, ne in illo gradu locaretur, divinitus tamen deus repererit est: quando quidem divinis quibusdam indicis præsignificatum fuerat beato illo viro, qui Episcopatum administraverat, non alium, quam hunc, ejus successorem fore. Nam cum ex hac vita vocaretur, effectusque jam morti victurus, Athanasium, qui neutiquam aderat, nominatum appellat. Atque ubi ejus gentilis, qui forte aderat, cum nomen illud audiret, respondisset, obicit ille, in solio eum non vocasset. Rursum vocat Athanasium: & quia sapius hoc fecisset ille alter Athanasius, qui aderat, deinceps silentio usus est. Siquidem ille, qui aberrat, significabatur. Quod etiam beatus ipse Alexander more Prophete aperte indicavit, cum diceret: Athanasius, putas te posse effugere, non tamen effugies. Quibus verbis ostendit, eum ad certamen vocatum esse. Hæc de Athanasio scribit Apollinaris. *Sozom. lib. 2. hist. cap. 6.*

EPISCOPORUM HONOR.

Episcopi honore affecti.

CONSTANTINUS Imperator omni genere laudis florentissimus, qui non ab hominibus, neque per hominem, sed cœlitibus à Deo, morte sancti Apostoli, ad illius muneris administrationem vocatus fuit, Dei ministris accrescere, cultu & observantia honorificè complexi, & tum re, tum verbis, tanquam viros Deo suo consecratos, humanitus excipere, & maxima benevolentia prosequi cepit. Quippe licet homines fuerint ipsius formæ habitus ac aspectu abjecti, ab eorum animis infidebat, considerare visus est, illos tamen se fecit esse participes. Hos, quocumque iter capiebant, secum ducebat; atque ea de re, Deum, quem sanctè colebant, sibi credidit fore propitium. Inter leges quoque, quas ipse conscripsit, sancivit, ut ait *Theod. l. 1. c. 2.* deditque in mandatis Præfibus Christianis, quos gentibus ac provinciis præfecit, ut sacerdotibus honore afficerent: illis autem, qui eodem contumeliosè insectati aggrederebantur, exitium minas esse. *Euseb. Casariensis. l. 1. de vita Const. c. 25.*

Anno Christi Redemptoris nostri 375. S. Martinus simul ac creatus est Turonensis Episcopus, ad Valentinianum Imperatorem se contulit: Quid verò apud eum egerit, Severus H narrat in hæc verba: Eodem ferme tempore, quo primum Episcopus datus est, fuit necessitas adire Comitatum. Valentinianus tum major rerum potiebatur. Is cum Martinum ea petere cognovisset, que præstare volebat, iussit, eum palatii foribus acceri. Etenim ad animum illum immitem ac superbum uxor accesserat Arriana, que totum illum à sancto viro, ne ei debitam reverentiam præstaret, averterat. Itaque Martinus ubi semel atque iterum superbum Principem frustra adire tentavit, recurrit ad nota præfida: cilio obvolvitur, cinere conspergitur, cibo potaque abstinet, orationes diebus noctibusque perpetuat. Septimo verò die aditit ei Angelus, jubet eum ad palatium ire securum, regias fores quantumlibet clausas pontè referandas, Imperatoris spiritum superbum mollendum. Igitur istiusmodi præfatis Angeli confirmans alioquo, & treces auxilio, palatium petit. Parent limina, nullus obstitit: postremò usque ad Regem, nemine prohibente, pervenit. Qui cum venientem eminè videret, infrensens, cur fuisset admittus, nequaquam assurgere dignatus est adstanti, donec regiam sellam ignis operiret, ipsamque regem ea parte corporis, qua

A sedebat, adliaret incendium. Ita folio suo superbus excutitur & Martino inuivus affurgit: multumque complexus, quem spernere ante decreverat, virumque sensibile divinam emendationem fitebatur: nec expectatis Martini precibus, prius omnia praestitit, quam rogaretur. Colloquio illum atque convivio frequenter adiecit: postremo abeundi multa munera obtulit: qua vir beatus, ut semper pauperatis suae cultos, cuncta rejecit. *Ex Severo Sulp. Dialog. lib. 1. cap. 6.*

Neque hoc loco praeferenda veneratio à Totila Cassiano Narniensis civitatis Episcopo exhibita: tempore namque Gothorum, cum praefatus Rex Totila Narniam venisset: ei vir vite venerabilis Cassius ejus urbis Episcopus occurrit. Cui quia ex conspersione semper facies rubere consueverat: hoc Rex Totila non conspersionis esse credit, sed assidue potationis, eumque omni modo desepit. Sed omnipotens Deus, ut quantum vir esset, qui despicebatur, ostenderet, in Narniensi campo, quod rex advenerat, malignus spiritus coram omni exercitu ejus paratarum invasit, eumque vexare crudeliter cepit: Qui cum ante Regis oculos ad venerandum virum Cassianum fuisset adductus, hunc ab eo vir Domini, oratione facta, signo crucis expulit, qui in eum ingredi ulterius non praesumpsit, sique factum est, ut rex barbarus servum Dei ab illo jam de veneraretur ex corde, quem despectum valde judicavit ex facie. Nam quia virum tantae virtutis vidit, erga eum illa mens effera ab elationis sistu detumuit. *Greg. lib. 3. Dialog. cap. 6.*

De cultu Alarici Regis Gothorum, quo profectebatur sanctos orthodoxos Episcopos, dum in Gallias esset, hoc exemplo significandum est: Alaricus, quantumlibet Arianus esset, tamen sanctos Antistes Catholicae communionis coluit & frequentavit officis, eos praeterit, quos editione miraculorum Deo gratissimos sentiebat, ut inter alios S. Remigium Remensem Episcopum. Ad hunc enim cursum Benedicti, sui regni nobilis viri, filiam acceptitiam curandam misit, quam Sanctus divina virtute non solum à demone liberavit, sed etiam defunctam revocavit ad vitam. Cuius rei causa ejus parens Benedictus villam quandam Remensi Ecclesiae dono dedit. Eius quidem rursum dum meminit idem S. Remigius in suo testamento, attingit haec omnia verbis istis: Et eas res, quas in Provincia Benedictus quidam (cujus filiam mihi ab Alarico missam, gratia sancti Spiritus per impositionem manus meae peccatis non solum à diabolica fraudis vinculo, sed ab inferis revocavit) ad usum luminis (Remensis Ecclesiae scilicet) & loci, ubi corpus meum jacerit, continuatim deservire praecipio. *Baron. tom. 3. Annal. ad an. 507. num. 2.*

Ob monasterium sacris virginibus à Caesario Episcopo Arelatensi erectum, invidia facibus inflammatum Satan, in eum accusatione confecta, id effecit, ut Ravennam usque sub custodia pertineret à Theodorico Regem: ut impleretur etiam in illo, quod habet Scriptura divina: Tanquam aurum in fornace probabitur electus Dominus. Venit ergo in palatium ad Theodoricum Regem, eumque intrepidè salutavit. Cernens Rex eam nihil formidantem, & aspectu venerabilem, reverenter et assurgit, eumque depositis capitis ornamentis, clementer resalutavit. Deinde placidè sciscitatur ab eo de labore itineris, de Gothis suis & Arelatensibus. Postea egresso sancto Pontifice, Rex ad suos ait: Non parcat illis Deus, qui tantae sanctitatis & innocentiae virum frustra compulerunt, tam prolium iter conficere. Quamvis ille sit, vel hinc liceat animadvertere, quod cum ad salutandum me ingredere, totus contremuit, vidique in eo angelicum vultum, vidi virum Apollonicum: prorsus nefas puto, de tam venerabili viro quidquam duris flunere, aut male de eo sentire. Deinde beato viro in hospitium ingresso, misit idem Rex magni pretii discum argenteum librarum plus minus sexaginta, & cum eo solidos trecentos, nullique illi sic dici: Accipe, sancte Episcope: rogatque restituis tuus Rex, ut vasculum istud pro munere tua beatitudo dignetur suis usibus pro ipsius memoria reservare. Ad vir factum, qui praeter cochlearia nihil unquam argenti ad suae mensae usum adhiberi passus erat, tertio inde die per ministros suos dictum pretii estimatum iussit publice vendi, ejus pretio multos redemit captivos. Illico Regis satellites ad eum referunt, de vidisse regnum minus palam prostrare, eoque dicto sanctum Episcopum multos à captivitate liberasse: Tam enim ad ejus hospitium ingens confuebat pauperum multitudo, ut praeter miserorum suae calamitates exponendum densitate, vix ad salutandum eum pateret accessus. Vidimus verò etiam per plateas mille eorum immensos greges currantem, eunium ad virum Dei, atque revertentium. Postquam autem rem

ab eo gestam comperit Theodoricus Rex, tanta eum laude & admiratione prosecutus est, ut in ejus palatio servientes senatores ac proceres certatim offerrent beato viro munera, quae ejus manibus dispensarentur: magno Dei beneficio id sibi praestitum affirmantes, quod talem Antistitem digni fuissent conspiciere, qui in saecula temporibus, dictis & factis, germanum se Apostolorum successorem, & verè Apostolicum declararet. *Daurolivius in Catachis. Hist. tom. 3. ex Baron. tom. 6.*

CANUTUS IV. Danorum rex, cum à rudi populo parum justam Pontificibus venerationem haberi conspiceret, ipsi primùm inter proceres locum, perinde ac Ducibus assignavit, auctoritatem honore concilians. Literarum item controversias, vulgaris fori conditione exemptas, ad ejusdem professionis iudicium relegavit. Iisdem religionis reos, pecuniaria multa puniendos permisit: omniumque eorum, quae adversum divina committerentur, arbitrium tradidit. *Saxo lib. 11.*

Islandi Episcopum suum colunt pro rege: ad cuius nummum respicit omnis populus. Quaequid ex lege, ex scripturis, ex consuetudine aliarum gentium constituit, sanctè observant. Jam tamen praefatum accipere coguntur à rege Danorum. *Cranz. in Norvegiae praefatione.*

Meminerunt Thomas Bozius de signis Ecclesiae lib. 20. c. 5, & Baronius variis locis, quomodo jam olim in primitiva Ecclesia Episcopi ab Imperatoribus Regibusque eo honore affecti fuerint, ut & pedes illorum excolerentur: quod de Epiphano Hieronymus testatur, omnis aetatis, sexus, conditionis turban pedes illius excolunt. *Epist. 61. ad Pammach.*

HENRICUS Dux Uratislaviensis vir erat ad omnem dolum compositus. Hic Thomam Episcopum dignitate primùm exiit, & bona illius invasit, eumque tandem cum universo Clero eiecit. Qui merens Ratibonam concessit, ubi Casimiro Duci cum suis gratias exiit. Quod agrè ferens Henricus, eum monet, ne inimicum suum reciperet: quod cum ille parvi perter, exercitu conscripto, urbi, nisi pareat, exitum minatur. Ita que murrantibus incolis adversus eum, & Thomam cum suis consilio imo, Pontificibus indutus ad castra progreditur. Quo viro, Henricus antonius in occursum illius venit, & amplexus ruit, omnemque iram deponit, ac in gratiam redeunt, atque Episcopo omnia ablata restituntur. *Joan. Herbicus lib. 8. cap. 3. historiae Polonicae.*

CONTEMPTUS. ODIUM.

Episcopi injuria afficientes, variè puniunt.

Anno Domini millesimo sexto, ab adventu Anglorum in Britanniam quingentesimo septuagesimo octavo, anno sua aetatis quinquagesimo secundo, Elphegus Archiepiscopus Cantuariensis effectus est. Cumque iter verius Romanam pro pallio habendo arripere, & quoddam hospitem hospitium gratia intraret, oppidani hominem incognitum videntes, & avaritiae suae consulentes, in domum irrumpunt, res ejus diripiunt, eumque omni suppellectile privatum, verbis & verberibus vere compellunt. Ad ille injurias suas leniter ferens, suorum vere mediocriter dolens, via qua venit, regreditur. Nequid ab oppido longè recesserat, & ecce horrendae voces mœnia corripunt, quae civibus & aedificis celerem minantur ruinam. Nec mora, vorax flamma oppidum consumere coepit: cumque ignis vehementer exerceret, nec evadendi spes aliqua fuisset, virum sanctum advenit, tarentur delictum, veniam petunt. Mox sanctus ille compatiens, preces ad Dominum fudit, & ignis molesta proinus extincta cessavit. Restituit ergo Episcopo rebus suis, acceptoque à Papa pallio, domum prosperè regreditur. *Orberius in vita S. Elphegi apud Sur. H. tom. 2. 19. April. Baron. T. 11. ann. 1006. num. 5.*

Hic reser. nonnulla ex T. it. de Ecclesiastica, in loco de Ecclesia. Vbi suae enarratur, divinitus punito illos, qui Episcopi, alioque Ecclesiasticae ordines viros, contumeliosos, & supplicis affecterunt. Idque confirmatur cum veteribus, tum recentioribus historiis & exemplis.

Uaum tamen hoc loco dissimulandum non fuit, quod in Chronico Antistitem Colonienfium legitur de Syfrido in numero Episcopo, 56. Cum enim adversus hunc arma foret Comes Amsbergensis cum Filio, eaque satis iniqua: eoque devicto, dum Praetor in pace agere decrevisset, ab Adolpho Montensi Comite rursus sub an. 1288. bello laecetur, & ab eo capitur, ac integro septennio in custodia detinetur, satis infra dignitatem ab eo habitus, donec ingenti viro extorto liberatur. Verum Comes paulo post ab eodem interceptum, quem ferre cavea incluse, ut remeritatis & injuria, quas Ordini Episcopali intulerat, penas daret: & quamvis ultro omnium quae antea capti-

A captivo extorserat, restituere laboraret: nihil tamen permotus ille, cum in cavea praetacta, donec vita hac excederet, detinuit.

Sed aliud divina punitio exemplum libet audire. Cum S. Thomas Archiepiscopus Cantuariensis verbum Dei praedicandi gratia Angliam obambaret, Idolorum superstitionis vanitate infectam, accidit, ut certi vice incolae virum sanctum ludibrio afficerent, & impeditum sacris functionibus laeciferent, inter alia equum ipsius, quo peregrinari ad varia loca solebat, caudam pro contemptum mutilantes. Peracto officio, vir Dei equum descendit, & bestiae irrogatam injuriam videt, nihilque commotus, Deum, cui honor servorum suorum curae esse solet, pro malefactoribus orat. Et ecce haud diu post omnibus qui huic insolentiae socios praebuerant, vel consilio aut auxilio intervenerant, agnatae ad os sacrum exiguae caudae adinfectae cuniculi excocti: quod opprobrium in omnes eorum posteris transivit, & à se visum Thomas Stapletonus Anglus S. T. Doctor eximius Lovanii non semel adseruit. *Id. Vide Latius in loco de Anglis.*

Angliae Scotiam jungimus: hic regnante Alexandro, Cantanensis fera gens, Adamo Episcopo non modo contumelias variis insulatur, sed insuper diris persecutionibus eum domi suae persecuti, flagris castrum in culina fiam cremarunt, et quod decimas de jure debitas è populis exegisset, & refractarios excommunicasset. Quae flagitia enormitas ubi aures regis verberavit, tum enim Leaburg morabatur Alexander, contractis quae parate erant copiis, eò proficiscitur, & comprehensis tanti scelus auctoribus, qui supra quadringentos erant, omnes supplicio affecti una cum filiis eorum annos pubertatis effugit. Impuberes verò omnes supplicio privavit, ne sceleratorum istorum posteritas diu superest, tantique criminis interire memoria. Atque in illius rei signum exstat in hunc diem locus, ubi projecti testes erant, nomine rem ipsam referunt: Testicolum enim collis appellatur. Comitum verò Cathanensem, quòd nec Adamo succurrisset, neque de maleficus supplicium fuisse, comitatu exiit. Refert *Helz. Boeth. lib. 13. Hist. Scot.*

EPISCOPATUM QUORUNDAM ERECTIO, FUNDATIO.

Dos assignata & territoria sive Dioceses limitata. Ex liberationibus T. Zwingeri in veteri Theatre.

CAROLUS Magnus victus Saxones a lege servavit, ut Christiani cum religione suscipere. Igitur in loco Onaburga, habitatoribus satis frequente, cum vicinam Vadekindi ducis arceam jam captam imposito summas praesidio, Ecclesiam exaedificavit primam in provincia Episcopalem, & ad eam nominavit Vihonem, primum ejus loci Pontificem. Deinde in Orientali Saxonia extruxit in loco Salingstede insignem Ecclesiam, & in honorem divi Stephani iussit consecrari: designavitque primum eum Episcopum Hildegirum. Sed hic Episcopus posterioribus saeculis de hoc loco, quem tum Salingstede, nunc vocant Osterück, in Halberstadum est translatus. Tertiam deinde Episcopalem Ecclesiam rex exivit in medietate Saxoniae, nunc Vespahlitz, in Manningrode, qui postea ab insigni ibi fundato monasterio dominantur nomen accepit, ut urbs tota Monasterium usque hodie dicatur: locumque iussit consecrari in honorem divi Pauli, & postulat virum loci Pontificem sanctum virum Ludgerum Phrysiu, fratrem Hildegirni Halberstadensis Pontificis. In orientali Saxonia, ultra Vilsurgum, quantum iussit rex esse Episcopatum in loco Konende, illo tempore satis celebris, atque habitatoribus frequentis. Sed commodiorem deinde conspiciat locum, in Verdam (oppidum tunc quàm nunc celeberrimum) transfugerunt: ibique consecratus est Episcopus Subertus, Abbas Anglus. Brementis quoque Ecclesia, an. 788. fuit exordium auctore Carolo, praeposito illi Vilehabeto Anglo. Paderbornensis verò Episcopus ab eodem Carolo accepit Heimarum, an. 795. *Cranz. l. 1. Metrop. c. 27.* Postquam verò Vedekindus Saxoniae dux ad fidem Christi pervenit, permisit Imperatori ad fluvium Veleram (veteres dixerunt Vilsurgum) arceam suam, ut in eo firmaret Episcopatum (capax enim ambonum erat): cumque Episcopo diceret: Tua atque mea erit communi jure arx ista, factum est, ut inde Saxonia lingua Myndyn fuerit dicta. *Cranz. l. 2. Saxonie c. 16.* Addidit tandem Ludovicus Pius Aulicensem, qui post Hildesheimensis dicitur esse.

Hamburgensem Ecclesiam in Metropolitanam erigere, in animo habebat Carolus Magnus. Verum id demum Ludovicus Pius ejus filius praestitit. Nam cum Anspargius Daniam divini

verbi illustrasset praedicatione, assumptum de Corbejensi conobio ad ripam Viscrae, Moguntiae an. 833. fecit Archiepiscopum Hamburgensem consecrari, subiacens ejus ditioni omnia Aquilonis regna, & quaequid ultra Albeam in Boream est sinum populorum: Vandalos, Danos, Suenones, Noricos, & quaequid gentium est ex illo latere mundi, usque in regionem novissimam à mortalibus habitatam. Nicolaus tandem Pp. Hamburgensem & Bremensem Episcopatus copulari, & deinceps pro uno sanxit haberi: & tam ipsum Anspargium Archiepiscopum, quam ejus successores, legatos & vicarios Apostolica sedis constituit in omnibus gentibus Danorum, Sienonum atque Sclavorum, hoc est, Vandalorum: quod & antea Gregorius IV. Papa concesserat. *Cranz. l. 1. Metrop. c. 32.*

ERICUS II. Danorum rex, Hierosolymitana peregrinatione suscepta, ne Dani sub externo Pontifice factorum munera celebrarent, missis ad curiam legatis, Archiepiscopus insigne expetendum curavit. Legatus ergo Pontificius, cum celeberrimis Danorum urbibus inspectis, non minore personarum quam civitatum respectum egisset, Lundia ob egregios Aetici mores, tum quòd ad eam è finitimis regionibus terra marique transitus abundè pateret, hunc honorem deferendum existimavit. Nec solum eam Hamburgensi Archiepiscopo, cui haecenus paruerat, exemit; sed etiam Suecia, Norvegiaeque religionis titulo magistrum effecit. *Saxo lib. 12.*

Norvegia cum ab initio suscepti Christianismi Pontifices suos ab Hamburgensibus Episcopis (legatione perpetua in Aquilonis regna fungentibus) accepisset, anno Sal. 1054. Nicolaus (qui postea factus est Adrianus quartus) Romanae Ecclesiae Cardinalis, Britannicum mare pertransiens, Norvegiam, in Ecclesiasticis rebus tum Lundensem Archiepiscopo parentem, Archiepiscopus titulo insignivit. Trondennis consuetum titulum regni metropolitanum: qui nunc mutato urbis nomine, Nidrosiensis appellatur. Idem in Suecia peragere cupiens, non potuit, Suecia atque Gothia de primatu inter se contententibus, quam neque de loco, neque de persona conveniret inter eos. Danorum interim offensam beneficii delinimento sedavit: & crepta Norvegiae damna Suetici primatus munere penitus, futurum Suetici sacerdotii insigne apud Elshyllum Lundensem Archiepiscopum deposuit, dandum ei, in quem concurs Suenonum Gothorumque suffragium convenisset; itaque ut quicumque Suenonum creandi essent Pontifices, pallio à curia dato, per Lundensem insignirentur Antistitem, eamque sedem perpetuo venerarentur obsequio. Hoc privilegium cum Eugenio successisset, confirmavit. *Cranz. l. 1. Norvegiae c. 7. ex Saxoniae lib. 12.*

Adalagus, Hamburgensis Archiepiscopus, quum rex Otho I. Danorum regem ad Christianismum coegisset, tres Episcopatus in Jutia constituit: Slesvico Haraldum praefecit Ripae Liastagum, Reinbrandum Arufiae: itaque commendavit Ecclesias, quae erant in Fionia, Selandia, Scania, & in Sueonia; nam ibi necdum fuerat Episcopatus Ecclesiae: Vandaliam quoque suis & Christianis legibus rex Otho parere coegit: quocirca in urbe Ardenberg, Episcopalem iussit Ecclesiam consecrari. Praefecit autem illi primum Episcopum praefatum virum, Marcomem, deditque limitem ditionis à Slesvico terminis per omnem regionem Obortorum, usque ad Panim fluvium. Tum primum Hamburgensis metropolis cepit habere suffraganeos, quae haecenus sola in latissimis regnis, religioni divina praesidebat sine adjutorio. *Cranz. l. 3. Metrop. c. 26.*

Anno Sal. 1163. Geroldus Aldemburgensis Episcopus, videns Lubecam, novam civitatem, reddi populosam, & opibus H crescere, Aldeburgum verò in medio Vandalorum nationis praevae constitutum, assidue periclitari ab Henrico Leone Saxoniae ducis sedis suae translationem impetravit, quum id quoque duci ex sua dignitate videretur: ergo designavit locum, in quo edificaretur oratorium, in titulum matricularis Ecclesiae, & arcae claustrales erigerentur. Et statuerunt illic praebendas duodecim clericorum canonice viventium, ut tertia decima esset Praepositi. Dedit Episcopus in stipendia fratrum decimas quaedam, & redditus Vandalicos, quantum satis esset. Resignavit quoque Adolphus Holfatia Comes villas opportunas prope Lubecam, quas statim Dux obtulit in usus fratrum, & de teloneo cuique statum marcas ditas Lubicensis monete, insuper alia, quae privilegiis Ecclesiae sunt inscripta. *Cranz. l. 4. Vand. c. 37.*

Magdeburgensi urbi à se in primordiis regni sui fundatae, Imperator Otho Magnus post annos xxx. id praestitit, ut metropolitana esset dignitate; sed diu caruit territorio: de quo

A Regi cum Bernardo Halberstadenſi Epifcopo grandis erat controverſa, quod ille Eccleſie ſue jura minus non patere-
 tur. Illo autem mortuo, de Vallerſleve natus Epifcopalem fe-
 rum, quam inibi pater ejus collocarat, & tranſiit Magdebur-
 gum: additoque honore exſententia ſummi Pontificis, fecit
 Archiepiſcopalem, ut eſſet omnibus Vandalicis Eccleſiis me-
 tropolis & caput: ſubjicite illi Eccleſia Mersburgenſem,
 Miſnenſem, Citznenſem, Havelbergenſem & Brandeburgen-
 ſem, quæ hodie quoque parent: dedicarique illam juſſit in ho-
 norem D. Mauriti: Nam ejus tutelariſ ſancti monaſterium in
 expeditione bellica leſiſſe videbatur. Huic metropoli præſe-
 rit Albertum ſummæ ſanctitatis patrem. *Cronz. l. 3. metrop.
 628.*

Ante Matheolum III. regem, quatuor Scotiæ Epifcopi erant,
 ſancti Andree & Murthaceniſ, etiam tum florentes: duo alii,
 Candidæ caſe & Glaſnenſis, qui jam tum collapſi à temporibus
 Kentigerni Ninianique regum penè interierant: eos primum
 reſtituit, delectis ex omni Scotia virtute cruditioneque præ-
 ſtantibus viris: duoſque illis alios adjevit, Moravianſem & Ca-
 thenenſem. *H. Boeth. lib. 12.*

DAVYD primus Scotorum rex, quatuor novos conſtituit
 Epifcopos, Roſſenſem, Brechmenſem, Douneclendenſem, &
 Doublaceniſem, ampliffimique redditibus locupletavit. Quin-
 tum ex Murthaceniſ fecit Abberdonenſem. *Boeth. l. 12.*
 Scotiæ Epifcoporum primus erat Eboracenſis Archiepiſco-
 pus Anglus, At cum ab inimicæ gentis præſule, per tumultu-
 ſ præſerim bellorum, juſ petere grave eſſet, an. Sal. 1471.
 Jacobus III. Scotorum rex impetravit, ut S. Andree Epifco-
 pus deinceps Archiepiſcopus eſſet, eique XII. reliqui Scotiæ
 Epifcopi ſubjicerentur: eſſi Scotiæ præſules valde reſiſterent, &
 Regi undecim marcium millia pollicerentur. *Appendix hiſt.
 Scot.*

CAROLUS IV. Imp. ad cumulandam Eccleſiaſticam Prage
 dignitatem, Epifcopum Pragenſem Erneſtum, in contumeliam
 metropolitani Moguntini, qui Carolo adverſas partes fo-
 verat, Archiepiſcopum à Clemente Romano Pontifice creati
 curavit. *Dubr. lib. 22.*

APPENDIX.
 * Olim per Belgium metropolitani honore ſulgebant Epifco-
 pi Remenſis, eique univerſum ea ditio ſuberat, habebatque
 C iſtraganeos Cameracenſem, Ultrajectenſem, Tornacenſem
 & Morinenſem Epifcopos; quibus immediate maxima pars
 Belgarum Provinciarum parebat, niſi quod Brabantia bona
 partem ſibi vendicaret Epifcopus Leodiſenſis, qui metropo-
 litanum Colonienſi ſubjictebatur. Donec tandem melioris
 regiminis cauſa, ad inſtantiam Philippi II. Regis Catholici, eo
 quod adverteret hæreſes ſenſim pullulare, & gregem Domini-
 cum diſpergi propter raritatem Paſtorum, qui pluribus inten-
 ti, gregi invigilare non poterant, an. Dom. 1558. per Paul-
 lum IV. Pont. ſegregate fuerunt à Remenſi provincia ſupra-
 dictæ Eccleſiæ & Diœceſes: ut & à Cameracenſi, Tornacen-
 ſi, Morinenſi, Ultrajectenſi, & Leodiſenſi Eccleſiis & Diœ-
 ceſibus, certa etiam territoria ſeparata, atque intra certos li-
 mites deſinita, ad opus novarum Diœceſum & Epifcopatum,
 quibus novi per Belgium Epifcopi præſerentur: Iſaque Ca-
 meracenſis Eccleſia, uti & Ultrajectenſis, ita ut præmittitur
 limitata, cum Archiepiſcopatus honore deinceps in Metropoli-
 tanam evecta ſuit. Et quidem Cameracenſis Provinciae anti-
 quitate Epifcopos Atrebatenſem, Tornacenſem, Au-
 doracenſem, Namurcenſem, quorum duo poſteriores de
 D novo erecti: Ultrajectenſis verò habet Daventrienſem, Gto-
 ninghem, Galemſem, Leovardienſem, Mittelburgenſem
 Epifcopatus, etiam de novo inſtitutos. Cæterum Me-
 chlinia prelegans oppidum, Regio Senatu nobilitatum, in-
 ſuper Archiepiſcopatus prærogativam obtinuit. Habetque Ar-
 chepiſcopus Mechlinienſis ſuffraganeos ſive comprovinciales
 Epifcopos, Antwerpenſem, Brugienſem, Gandavenſem,
 Iprenſem, Ruremundenſem, & Sylvadunenſem. Quidquid
 vero olim Epifcopi Leodiſenſis & Cameracenſis in Brabantia
 detinuit, aut Flandriae comitatu, jurisdictionis habebant, uni-
 verſum cum ſeparatione præmiſſa limitum, terminorum
 & Eccleſiarum, Monafteriorum, ac locorum quorumcumque
 iſdem quomodo libet ſubditorum, in novos Epifcopos,
 quorum Diœceſibus loca illa ſeparata acceſſerunt, aucto-
 ritate Apoftolica tranſiit: Ita ut omne jus Epifcopale,
 omnemque jurisdictionem, quod vel quam priores Epifco-
 pi ut locorum ordinari aliquando exercuerunt, poſte-
 riores, ex quo ſui Epifcopatus poſſeſſionem inierunt, li-
 berè nulloque contradicente exerceant. Dos autem
 novis Epifcopatibus aſſignata, partim per incorporatio-

nem & extinctionem quarundam dignitatum, puta Præpoſi-
 turarum, Præbendarum, &c. partim ex penſionibus ſuper
 opulentioribus Abbatibus obvenit, ut latius patet ex *Bulla Ere-
 ctionis omnium Epifcopatum.*

Cæterum præſentem titulum illuſtrabit Series & Notitia
 omnium totius mundi Epifcopatum, per *Abertum Mireum*
 non ita pridem lege donata, & huic loco à nobis ſub ſinem il-
 lius adjuſta: Item Catalogus præcipuorum Eccleſiæ Epifco-
 porum eidem ſubjectus.

**ILLUSTRIORUM ALIQUOT
 EPISCOPORUM ENUMERATIO.**

*Eorumque res præclarè geſte. Ex Lucubratiombus
 T. Zwingeri.*

Diximus nonnulla de hoc Argumento, hoc eodem loco,
*Titulo, de Orig. & ſucceſſ. Epifc. que huc referri poſſunt:
 iſſique addimus ſequentia.*

Euodius, primus Antiochiæ Epifcopus, an. Ch. 45. Claudii 3.
 Anianus D. Marco in Alexandriæ Epifcopatu ſucceſſit, anno
 Neronis 8. Chriſti 64. præſuit annis 22. Anno Domitiani 4.
 mortuus.

Abilius Aniano ſucceſſit. Præſuit annis 13. Chriſti 100. ſub
 Nerva moritur.

Ignatius, Polycarpi & Papiæ coactenus, Theophorus quo-
 que dictus, ſub Trajano Antiochiæ Eccleſiæ præſuit. Di-
 ſcipulus ſuit Joannis Apoftoli. Chriſti cauſa decem militibus
 traditus, Romam ducitur, urbeſibus obijciatur, cum Antio-
 chiæ præſuiſſet annis 9. A leonibus devoratus eſt, cum die-
 ret: Frumentum Chriſti beſtiarum dentibus molar, ut Dei
 panis inveniat. Anno Chriſti 101.

Theophilus, Antiochiæ præſuit Eccleſiæ, ſextus ab Apo-
 ſtolis: multa ſcripti contra Marcionem & Hermogenem,
 Anno Chriſti 171.

Serapio, octavus Antiochiæ Epifcopus, multa ſcripſit, quo-
 rum auctoritas apud Catholicos magna ſuit. An. Domini 214.
 ſuffectus eſt Aſclepiades. Præſuit an. 22.

Polycarpus D. Joannis Apoftoli diſcipulus, Smyrnenſis Ec-
 cleſiæ paſtor à Joanne conſtitutus, 2. vel 3. anno Trajani, Chri-
 ſti 102. Romam quoque ſub Aniceto Pont. profectus eſt, diſſi-
 dii de Paſchate componendi gratia. Sub M. Antonino Vero
 Smyræ 86. annorum combuſtus eſt, ſuis etiam auditoribus
 ſarmenta congeneribus, cum circum 70. annos in Evangelico
 G minifterio fuiſſet.

Phocas ſub Trajano paſſus eſt, cum Neptuno ſacrificare
 noller, Sinopenſis in Ponto Epifcopus.

Apollinaris Epifcopus Hieropolitaniæ, librum Apologiae pro
 fide Chriſtiana Imperatori L. Antonino Vero exhibuit. Scrip-
 ſit contra Montaniſtas. Fuit tamen ex hæreſi Chiliaſtarum.

Dionyſius Corinthiorum Epifcopus, ſub Vero & Commo-
 do, anno Chriſti 171. omnibus ſanis Spiritus S. inſtructus fuit.
 Scripſit epiftolas plurimas, quas Euſebius Catholicas vocare au-
 det.

Eleutherius Rom. matre Anthia ortus, quam D. Paulus
 converſiſſe dicitur, 20. anno ætatis, Illyrici Epifcopus con-
 ſtituitur: Paſſus tandem una cum matre ſub Hadriano.

Phorcius Lugdunenſis Eccleſiæ Epifcopus, ante Irenæum,
 quem ſub ſe habuit præſbyterum. Nonagenarius ad Marty-
 rium abreptus, pugnis caeſus, in carcere poſt biduum moritur,
 cum ſumma conſtantia Chriſtum confeſſus eſſet.

Irenæus Aſianus, diſcipulus Polycarpi, in Galliam perve-
 niens, Lugduni præſbyter, mox Photino in Epifcopatu ſucceſ-
 ſit. Ad Aſianos tollendam hæreſim gratia Montani, Alci-
 biadis & Theodoti, ab Eccleſiis Gallicanis miſſus fuit. Scripſit
 multa, Græcè an Latine, incertum. Martyrium paſſus eſt ſub
 Severo, cum 15. Anno M. Antonini ad Epifcopatum venerat,
 circa annum Domini 176.

Alexander, Panteni Alexandrini diſcipulus, Hieroſoly-
 man nocturna viſione ire jubetur: Hieroſolymitani voce
 incerta moniti, ei obviam prodeunt, & omnium vo-
 tis (Narcifſo Epifcopo ita petente) Coepifcopum illi ad-
 dunt, an. 1. Ant. Caracallæ, Chriſti 206. Mox poſt Nar-
 cifſum (qui 126. annos vixit) ſolus eam Eccleſiam re-
 xit, Epifcopus ordine 35. ſumma conſtantia in duabus gra-
 viſſimis perſecutionibus ſub Severo & Decio. Tandem
 Caſaream ductus, in carcere obiit an. Chriſti 254.

Babylas, XI. Antiochenorum Epifc. magnus & admirabilis
 vir, Decium Imp. qui hoſtes ſuos contra datum juſurandum
 crudeliter macſtatur, obſide etiam regio puero interfecto
 ad Antiochenum Chriſtianorum templum properantem
 repulit. Indignatus Imp. Babylam comprehendit & morte
 affici juſſit. Corpus ejus cum ferreis compedibus in capſa
 repo-

A repositum, quod Gallus Imp. in Daphnen suburbium Antio-
 chenum, in templum Apollinis tranſiit: ex quo tempore
 demon nullum ibi oculum reddidit. Poſt 60. annos, cum
 Julianus Imp. contra Perſas bellum geſturus, Deum conſule-
 ret, reſponſum accepit, propter Babylæ corpus reſponſi nihil
 dari poſſe. Conſeſſum ergo Galileis, hoc eſt, Chriſtianis
 præcepti Julianus, ut Babylæ corpus auferret. Illi frequen-
 ter convenere, & capſam ad civitatem pertraxere, ſubinde
 illud in itinere accidentes: Confundantur omnes qui adorant
 ſculpſilla, & qui gloriantur in ſimulacris. *Socrat. lib. 5. c. 20.
 & Theodoret. lib. 3. c. 10. & 11.*

Methodius primus Olympi in Lycia, deinde Tyri
 Epifcopus: multa ſcripſit etiam contra Origenem; tan-
 dem tamen cum admirari cepit. Martyrio ſanctus eſt in
 Chalcide Græciæ, ſub Diocletiano: alii ſub Decio & Vale-
 riano.

Macarius, Hieroſolymae Epifcopus poſt Theronem,
 anno Chriſti 318. Conſtantini 7. vir multis ornatus virtutibus,
 Nicenæ fidei & Athanaſii deſenſor, qui crucem Domini mi-
 raculoſe invenit, inſtigante Helena matre Conſtantini.

B Scripſit contra idola, & de humanitate Chriſti. *Hieronym.
 cum beatus vocat.*

Maximus Confeſſor ſub Maximo, dextro orbatus oculo,
 & lavo poplite vulneratus, ad metalla damnatus fuit. Præſe-
 cerat cum poſtea Diopolitana Eccleſiæ Macarius. Sed cum
 non multo ante obitum Macarii Hieroſolyman veniſſet, à po-
 pulo reſerendus eſt, ut in Epifcopatu poſt Macarium ſuccederet,
 qui orthodoxus eſt. Mortuus Hieroſolymanis, anno Chriſti
 351. Conſtantii 11.

Enſtathius, Sida Pamphiliæ urbe oriundus: fuit primus
 Epifcopus Berthæe Syriæ, à quo loco à Nicenæ ſynodo
 Antiochiam, in locum Epifcopi Philogoni nuper demortui,
 inſitus & repugnans fuit conſtitutus, Arianiſ maxime infe-
 ſtus. Itaque vivente adhuc Conſtantino, falſis calumniis exul-
 tum in Illyricam quandam urbem miſſus eſt. Iterum relegatus
 ſub Conſtantino. Iterum ſub Valente Byzant Thracia urbem
 miſſus eſt, alii Trajanopolim, alii Philippas Macedoniae, ibi-
 que diem ſuum obiit. Scripſit multa, potiſſimum contra
 Arianos.

Meletius, primus Sebaſtiæ Armeniorum ab Arianiſ con-
 ſtitutus eſt Epifcopus, deinde Berthæe Syriæ. Tandem ſub
 Conſtantino à ſynodo Antiochena Arianoſum Antiochiæ
 Epifcopus conſtituitur. Verum cum ſe orthodoxum eſſe,
 tribus erectis digitis, & duobus reductis ſignificaverit, in exi-
 lium ab Imp. miſſus eſt. A Juliano poſtea revocatur, & Ec-
 cleſiæ præſit uſque ad Valentem, qui cum in Armeniam
 (vix ei patria fuiſſet) relegat, quod Arianiſ aſſentiri nollet. Re-
 vocatus demum à Gratiano, à ſynodo deinde Conſtantino-
 politana à Theodoſio indiſta, Imp. illic Mileſium agnovit,
 nemine indicante, & complexus eſt: quod multo ante per
 ſonitum viſiſſet, ſibi à Meletio paludamentum imperatorum
 injeci, & coram capiti imponi. Moritur Conſtantinopo-
 li, cum annis 25. Antiochiæ præſuiſſet. Funus ejus ab
 amicis Antiochiam relatum. Mortui effigiem paſſim in
 parietibus & tabulis depingi, atque annulis exculpi curave-
 runt: tantum ejus apud bonos omnes relictum fuit deſide-
 rium.

Jacobus Niſibenus Epifcopus ſub Conſtantino (Antio-
 chiæ autem Mygdoniæ à Syris Niſibus vocatur) præſtans
 miraculis, & mortuus reſtituendi: cum Sapor Perſarum
 rex Niſibin obſideret, præcibus à Deo impetravit,
 ut multitudinem crabronum & culicum, hoſtium elephanſi
 impetiti, torum exercitum in fugam verteret. Interſuit
 ſynodo Nicenæ. Gennadius cum ſapientem cognominem
 aſſerit, & inter claros Confeſſores ſub Maximo recen-
 ſet.

Euſebius Samofatenſis Epifcopus orthodoxus, ſub Con-
 ſtantino. In ſynodo quadam Antiochena, cum Meletius Epi-
 ſcopus Antiochenus à Arianiſ electus, qua orthodoxus eſſe
 deprehenderetur, depoſitus eſt: & Conſtantinus Arianus
 Imp. ab Euſebio, qui ſubſcriptiones Arianoſum habebat, ex-
 torquere vellet; Euſebius commune depoſitum ſe dare non
 poſſe dixit: cumque dextra amputationem per literas Imp. ci-
 minaretur, ſiſ reſignatis, ambas prorulit. Quam forſitudinem
 Imp. admirans, nihil poſtea contra illum amplius tentavit. A
 Valente poſtea ſenex in Thraciam exul miſſus eſt. Nocturno
 abiit, ne Samofatenſi cives eum retraherent. Rediit ſub Gra-
 tiano. Exul autem militari habitu circumiſſi Syriam, Phœniciam,
 & Paleſtinam, Eccleſiis confirmans, & Epifcopos con-
 ſtituens. Tandem cum Dolicham Syriæ oppidum Arianiſ

reſeriffimum profectus eſſet, ut ibi Matrem Epifcopum ordi-
 naret: ingredienti ei oppidum, mulier Ariana regulam in
 caput deiecit, ex quo vulnere poſtea obiit, cum 40. an-
 nos in Epifcopatu honeſtiſſime conſumpſiſſet. Mortuus jure-
 jurando aſſiſtentes obſtrinxit, ne necem ſuam ulciſceren-
 tur.

Amphiloſchus Epifcopus Iconii, quod metropolis fuit Ly-
 caoniae, familiariffimus Baſilio & Nazianzeno, propugnator
 fidei Nicenæ maximus: cum Theodoſio Imp. congreſſus, pe-
 tit ab eo, ut Arianos ex urbis curare eſſet. Quod cum
 Theodoſius venueret, egregio quodam commento ad impe-
 travit. *Theodoret. l. 4. c. 11.*

Pelagius, Laodicenus Epifcopus, uxore ducta adoleſcens,
 prima nuptiarum nocte ſponſæ profeſſionem caſtratis in thalamo
 perſuadit perperam. Interſuit ſynodo Antiochena, & illic
 fidei Nicenæ ſubſcripſit.

Antiochus, nepos ex fratre Euſebii Samofatenſi Epifcopi,
 ejuſque Eccleſiæ miniſter, & comes etiam exilii in Armenia.
 Cum rediſſent, tandem Euſebio mortuo ſucceſſit: cumque
 manus ei omnes Epifcopi in ſynodo impoſuiſſent, manum Jo-
 viani Pergeniſ Epifcopi reſpuit, quoniam Jovianus aliquando F
 Arianus fuiſſet.

Theonius Scythæ, primus philoſophus, deinde Scytharum
 Epifcopus, eruditione, diligentia & miraculorum dono
 clarus.

Petrus Alexandrinus diacopus, Athanaſii individuis com-
 mes. Athanaſius cum moriturus ſibi in Epifcopatu Alexan-
 drino ſubſtitui curavit, anno Chriſti 377. Valerius 10. Va-
 lens Imperator Lucio dedit poteſtatem Epifcopatum inva-
 dendum. Expulſus ergo Petrus, Romam ad Damafum ſu-
 git, ejuſque literis inſtructus, Alexandriam rediit. Popu-
 lum Lucium expellit, & Petrus reſtituit. Poſt mortem
 Valentiſ nimis facilis fuit in recipiendis hæreſibus, adeo
 ut non careret ſuſpicionem acceptæ pecunie. *Socrat. lib. 4.
 c. 20.*

Alexander Alexandrinus Epifcopus, anno Chriſti 323. qui
 Arii hæreſim primus prodidit, & auctor fuit Nicenæ ſynodi.
 Multa ſcripſit. Obiit quinto mente poſt Nicenam ſynodum,
 & mortuus ſucceſſorem delegit Athanaſium abſentem, deque
 ejus fortuna vaticinatus eſt: Arbitrar ſcilicet, quod ejuſgeris
 verum non eſſugies. *Socrom. l. 2. c. 17.*

Athanaſius Alexandrinus Alexander ſucceſſit, in vicibus Chri-
 ſti contra Arianos athleta.

Theophilus Alexandrinus Epifcopus tertius ab Alexandro,
 vir eruditus, & in erroribus deſtruendis ſub Theodoſio
 Imp. valde strenuus fuit. Origenis libros damnavit, qui cc.
 ante annos vixerat. Hieronymo familiaris fuit. Mortuus eſt
 lethargo, poſt obitum Arcadii Imp. à Chriſto nato 444.
 Imperii Honorii & Theodoſii anno 4.

Paphnutius feminae cujuſdam, quæ conſeſſione celeberris
 erat, filius fuit, & à pueris *Aventinæ* monachorum co-
 luit, unde & Anachoreta dictus: liberaliter educatus, caſtitate
 & miraculis clarus, civitatis cujuſdam in Thebaide Epifcopus:
 ſub Maximo oculo privatus dextro, & ſiniſtro poplite adu-
 ſto, in metalla damnatus eſt, cum Maximo Hieroſolymitano
 Epifcopo. Inde Conſtantino Magno ita charus fuit, ut Imper.
 ipſe ſæpè oculum eſſoſum deſecularetur. In ſynodo deinde
 Tyria contra Athanaſium ſenteſtiam noluit: ſed Maxi-
 mum manu apprehenſum, è concilio malignantium Arianoſum
 eduxit.

Spyridon, ſeu Spyridion, Cypris, agricola fuit, mul-
 tis miraculis & vite ſanctitate clarus, quavis illiteratus.
 Trimethuntis Cyprî Epifcop. factus eſt ex paſtore: ſub
 Conſtantino Magno ſynodo Nicenæ interſuit: & ibi philo-
 ſophum quendam garullum non longis logomachiis, ſed
 rebus ipſis conſutavit & convertit, cum ſidem Chri-
 ſtianam breviter recitaſſet, & an iſta crederet, interrogaf-
 ſet.

Melanes monachus & Epifcopus Rhivocuræ *Ægypti*, cum
 ab Arianiſ miſſi eo eſſent percuſſores, & illum in Eccleſia
 offendiſſent lichnos præparantem, neque agnoviſſent, pete-
 rent tamen, ubi Melanes eſſet: ille domum ſuam deductos, ci-
 boque reſectos cum laute tractaſſet, tandem ſe Melanem ef-
 ſe falſus, ut id, ad quod miſſi eſſent, ſedulo exequerentur, ju-
 ſſit: neque fugam, quamvis orantibus illis, capere voluit.
Socrom. l. 6. c. 21.

Alexander Epifcopus Conſtantinopolitanus, ſub Conſtan-
 tino Magno, cujuſ præcibus Arius periit. Poſt 23. annum Epi-
 ſcopatus obiit, natuſ annos 98. ſub Conſtantio juniore. Suc-
 ceſſorem legit Paulum.

A Paulus Thessalonicensis diaconus, Alexandro Episcopo Constantinopolitano substitutus, quia orthodoxus erat, à Constantino Arriano Imper. depositus, eique substitutus Eusebius Nicomedienfis. Quo mortuo, rediit Paulus. Arrianiani in alia Ecclesia Macedonium eligunt. Quæ res plurimarum eadem causa fuit. Expulsus denud Paulus, Romam ad Julium profugit: quo tempore & Athanasius Julii litteris instructus, Constantinopolim rediit. Sed denud expulsus à Philippo prefecto Constantii, clam in patriam Thessaloniam telegatur. Interea Constantii litteris Constantinum monet, nisi expulsos orthodoxos restituerit, omnia à se hostilia expectet. Restituitur Athanasius, item & Paulus, per Synodum Sardicensem: & Paulo Macedonius cedit. Quarto post anno, mortuo Constante, Constantius cum ferro vincitiam in Syngam Mesopotamiae oppidum deserti curavit: inde in Emesam, inde in Cuculium Cappadociae, circa deserti Tauri: ubi immisit carnificibus Eusebianis, laqueo strangulatus est, & Ancyra sepultus. Cujus reliquias Theodosius Constantinopolim deserti curavit.

B Nectarius Tarsensis ex Cilicia, senatorii ordinis, Constantinopolim incerta de causa profectus, cum illic Synodus esset sub Theodosio, & de Episcopo Constantinopolitano eligendum ageretur, & paulo post domum reversurus, Diodorus Tarsensem Episcopum, qui in Synodo erat, adiret, haberetque quod domum nunciare velle: Diodorus venerandam canonicam gravitatem vultus, morum placiditatem mirans, divino motu statim afficitur. Quid si Nectarius Episcopus fiat? Rem cum Meleto Antiocheno Episcopo communicat. Ille ridens, in ultima tandem charta candidatorum Nectarium ignorantem subnequit. Theodosius Imper. perfectò catalogo, Nectarium Episcopum ordinandum pronunciat. Mirantur omnes, & quod catechumenus tantum esset, rejiciunt. Perstat in proposito Imper. & sacris initiatum, communi synodi sententia Episcopum Constantinopolitanum creat. Verum quia in politica tantum vita versatus erat, Ecclesiastica gubernationis rationes à Cyriaco Adanorum Episcopo didicit. Synodum prius solvi passus non est, quam Nicenæ fidei omnes subscripsissent. Deceffit tertio Arcadii anno, Christi 401.

C Osius Cordubensis Episcopus inter præcipuos fuit Confessores sub Maximino & Diocletiano: stigmatibus & notis insignis, propter quas Constantino Magno charissimus fuit, Orthodoxos semper, & Athanasium acerrimus defensor, denique verè sanctus. Tandem tamen in synodo Symienfi, cenenario major, ab Arrianis verberibus adactus est, ut Athanasium condemnaret: Mortuus tamen hæresim Arrianam aperitè damnavit.

Alexander Episcopus Antiochenus, post Porphyrium nebulationem, optimus, eruditione & multis præclaris donis instructus: pacis ita studiosus, ut cum ob Chrylostomi condemnationem Ecclesias scissas esse videret, primus Joannis Chrylostomi Episcopi Constantinopolitani nomen in Ecclesiasticum album reulit, eisque industria Romana Ecclesia Antiochena communionem receperit.

Martyrius, successor Maximi in Episcopatu Antiocheno, cum Constantinopoli abesset, venit Antiochiam Petrus Gnaphaus presbyter Chalcedonensis, cum Zenone Imperatoris Leonis affine & legato: cumque ei placeret Episcopus, cepit nova quedam dogmata propere, & Deum passum esse affirmare, & hymno Trifragio, Sanctus sanctus sanctus Dominus Deus, &c. adjecit clausulam: Qui crucifixus es pro nobis: quasi Trinitas pro nobis passa esset. Reversus Martyrius, cum omnia turbarum plena reperisset, Episcopatu sese abdicavit volens. *Nicephor. lib. 15. cap. 28.*

D Maruthas Mesopotamiae Episcopus, legatus Rom. post Arcadium obtinuit ad regem Persarum Idigerdem missus, regem ipsum cephalæ incurabili laborantem, precibus ad Deum restituit, ejusque filium demoniacum liberavit: & sic Christi fidem amplissimè dilatavit.

Acacius Amydenus Episcopus, in eo bello, quod Theodosius junior ob patrocinium Christianorum contra Persas suscepit, insigni sua liberalitate erga hostes celebris fuit. Cæpi fuerant à Romanis circiter septem Persarum milia. Quos cum regi Persarum reddere nollent, fame coeperunt periclitari. Ibi tum Acacius convocato Ecclesiastico collegio omnes eduxit, ut vasa & donaria Ecclesiastica pretiosissima venderent, & eo pretio captivos redimerent: eosque cibo refectos

& viatico insuper donatos, ad regem remisit. Qui tanta Acacii pietate motus, à Theodosio impetravit, ut Acacium coram videre, ejusque colloquio frui posset. *Socrates. lib. 21.*

Thalafus prefectus Illyria, cum Philino Cæsariensium Episcopo mortuo, Cæsarienses Constantinopolim venissent, ut novus Episcopus eligeretur, & senatores omnes ad Proclum Episcopum Constantinopolitanum salutatum venissent, inter quos & Thalafus erat: Proclus inexpectatè in Thalafum manus injicit, eumque Episcopum Cæsariensem creat, quamvis invidiam, etiam Theodosio Imp. qui eum in Orientem cum exercitu amandaturus fuerat, repugnante. Sed Procli judicium vicit. Itaque Ecclesiam suam probè rexit: nisi quod in Ephesina quoque prædatoria Synodo pro Euyche sententiam tulit, & multos orthodoxos damnavit. In Chalcedonensi postea Concilio respuit.

Eunomius, Theodosiopolis in Armenia Episcopus fuit. Cum autem duce Gororane Persæ eam civitatem obsiderent, quidam regulus ad menia accedens, ne templis quidem se passurum dixit, & multa alia verba impia sparsit. Tunc Episcopus tormentum in eum dirigi jussit, in Dei, quem blasphemarat, nomine. Quo ita regulus comminatus fuit, ut Persæ præ terrore oblationem solvi verent.

Cyrus prefectus urbanus, Constantinopolim muros terræ motu collapsos restituit. Ea re cum mirifice delectarentur cives, in hippodromo aliquando coram Imp. Theodosio hanc emiserant vocem: Constantinum condidit, Cyrum restauravit. Imper. merens ne Cyrus res novas moliretur, eum libi prætextu, quod Græcæ superfluitati foret, dignitate & bonis privavit. Ergo animum deponens, primùm sacerdos, deinde Smyræorum Episcopus constitutus.

Synesius Cyrenæus illustri familia natus, Ethnicus, ab ineunte ætate venationi & Philosophiæ operam dedit. A Theophilo Alexandrino baptizatus est. Floruit sub Theodosio juniore. Ptolemeænes filius Dalmatæ eum ad Episcopatum vocarunt. Contra Eunomianos & Arrianos acriter pugnavit. Scripsit etiam quedam. Hoc ei vitii datum, quod poetæ & Homero addidit esset, & magis ad ludum, quam ad sacerdotium natus videretur. Hymnos decem in S. Titada conscripsit, tanta carminis majestate, ut entubulatum quemdam præ se ferre videtur.

Eugenius Carthagenensis Episcopus fuit creatus omnium consensu, sub Hunerico rege Vandalorum, ad preces Zenonis Imper. cum ex Genetrici edicto Ecclesia Episcopis caruisset ad annos viginti quatuor. Vir fuit summa pietate, orthodoxus, concionandi dono insignis, ita ut etiam Arrianis Vandalis admirationi esset. Sanationum quoque donum habuit. Celebrata sub eo synodus Carthagenensis, & ipse Cyrolan Episcopum Arrianum devicit. Sed invidia Regis in eum cretum Tripolitane provincie exulatum missus, illic ab Antonio Arriano Episcopo miserè tractatus fuit. Tandem cum in fide perseveraret, rex eum ad Abigensem Galliarum urbem misit: neque occidere voluit, ne eum ut martyrem colerent orthodoxi.

Euodius Augustini popularis, patre Ethnico milite, prior Augustino conversus est in Italia, & Augustino se conjunxit. Uzali, quæ Colonia Utica vicina est, Episcopus fuit, in disputando & questionibus subiles inventendè mirè acutus, ut ex multis Augustini locis colligi potest. Tandem ex quodam Carthagenensi synodi decreto legationem cum quodam Theodosio ad Imperatorem contra Donatistas obiens, cæcus est ab hæreticis & paganis, cum suo collega.

Possidius, seu Possidonius, Episcopus in Chalama urbe Africa, Augustini discipulus, à Crispino presbytero Donatista graviter pulsatus est, dum iter faceret. Verum cum Episcopus Donatista in Crispinum non amandaveret, & ob id multæ nomine decem auri libras pendere cogere, intercessit Possidius pro Episcopo, & re ipsa ostendit, nolle se hostium vindictam, sed eorum conversionem. *August. contra Cresconium lib. 2. c. 46.*

Atticus Sebaste Armonion ortus, Episcopus Constantinop. post Arcadium, ingenio eleganti, eloquens & promptus acque assidus in docendo. Scripsit quedam: quodque mirum est, contra Nestorium scripsit, qui tamen nondum venenum suum spargere coeperat: spiritui videlicet admonitus, ut suorum errori relinqueret. Certaminis contra Chrysostrum auctor fuisse perhibetur. Eundem tamen mortuum, & cordiæ causa, in Episcoporum catalogum reulit, eisque in publi-

A publicis precibus meminit. Erga pauperes munificus fuit. Vitæ suæ finem prævidit. Moritur xi. Octobris anno Christi 428. consultus Theodosio xi. & Valentiniano primo, cum Ecclesie presulisset annis 21.

Euphemius Alexandrinus, Episcopus Constantinopolitans factus, Anastasium Diaconum Magnum, & Manicheum, ad imperium admittere nolit, nisi jurejurando & scripto affirmaret, sese nihil novi in Ecclesiam introduciturum, sed Chalcedonensis synodi decreta servaturum. Imperio potius Anastasius, scripsum reperit. Quod quia Euphemius reddere notebat, in exilium ab impio Imperatore eiecit.

Paulinus Senator olim, natione Gallus, nobilibus & locupletibus parentibus natus, studijs profanis deditus, baptizatus à Delphino Burdegala Episcopo: præceptore usus est D. Ambrosio Mediolanensi, fuit Hietonymi & Augustini. Ambrosius eum Presbyterum fecit, ut ubique esset, Ambrosii Presbyter decreverat. Ad Bardoniam à Lampio quodam, ita efflagitante plebe, Episcopus factus est. Sed postea Nolæ in Campania Episcopatum suscepit, imperante Marciano, cum occiso Valentiniano, Eudoxia in ultionem mariti Geserium Vandalum in Italiam evocaret. Scripsit multa carmine & prosa. Multis captivis abductis, omnes suas opes in liberationem eorum impendit: cumque nihil præterea haberet, pro viduæ unico filio voluntariam servitutem sibi, ut ille liberari posset, itaque conditione à Barbaro rege accepta, olivæ egit. Vandalos multos Arrianos converterit, denique tantum potuit auctoritate & prædicationibus suis, ut eum rex cum suis civibus omnibus frumento donatum, in patriam incoluntem remitteret.

B Obiit Plenitudine, x. Calendas Julii. Cum moreretur, cubiculum ingenti motu concussum est, reliqua domo immota permansit.

Epiphanius Ticinensis Episcopus, Ticini natus ingenius parentibus. Nato cum superno lumine fulgere fuit vitæ. Indolis optime, ad eum octavo ætatis anno à Crispino Episcopo lector creatus. Mortuus Crispinus, eum fuis commendat: itaque etiam nolens aucto- ritate, in Occidente Severus imperavit. Miraculis in expellendis demonibus & vitæ sanctitate claruit. Bis sub eo Ticinum caput, semel ab Odoacro rege Herulorum, deinde à Theodorico Gothorum regem. Tanta tamen fuit auctoritate etiam apud Barbaros milites Theodorici, ut ejus jussu obedirent: & Ticino abeuntes, non sine lacrymis ei valedicerent. Legatus inde ad varios principes missus, re semper bene conducti rediit. Ticinum urbem ab hostibus vultatam restituit. Postmodò ex legatione ad Theodoricum altera domum rediens, in itinere catarrho obiit, 30. Episcopatus suam, sub initium ferè Anastasii Imper. in Oriente.

C Zenobius parentibus ethnicis Florentia natus, à Theodoro Episcopo convertitur, & Archidiaconus creatur: Inde mortuo Theodoro, Episcopus constituitur. Claruit miraculis sanationum. Cognatos suos ad Christum convertit. Familiaris fuit D. Ambrosio Mediolanensi. Obiit nonagenarius, anno Christi 424. 25. Maji, sub Innocentio Pontifice.

Petronius ex stirpe Constantini, monachis primò ordine Basilii: inde clericus factus, & in Theodosii palatio cunctis præfectus: tandem in Italiam venit ad Arrianas hæreses extrahendas, & à Celestino Pontifice in somnis monito, Bononiæ Episcopus, quamvis invidus, constituitur. Claruit miraculis, & quædam etiam scripsit. Obiit Theodosio & Valentiniano imperantibus, anno Christi 385.

D Vigilius Tridentinus Episcopus post Asterium anno ætatis 20. constituitur, Romanus patria, & Athenis educatus, Tridentinus omnes convertit, & miraculis etiam claruit. Multa scripsit. Contra hæreticos scriptis pugnavit acerrimè. Cum fratribus Claudiano & Majorino, & quodam presbytero Claudio, in locum quendam suæ jurisdictionis, Rademam dictum, in Alpibus profectus, qui solus adhuc Ethnicitatem defendebat, cum Saturni idolum evertisset, à rusticis obruitur, solis focus incolumibus elapsis, ætatis anno 40. ad 6. Calend. Julii. Corpus ejus ad Ecclesiam delatum: & cum Gervasio & Protasio templum prius diceretur, porro Vigili dicit cepit. Claruit circa annum Christi 500. Quo tempore Anastasius imperabat, Gelasius Romanam Ecclesiam regebat.

Eucherius Lugdunensis, senatorio genere ortus, ad flumen Drumentium in spelunca habitavit, sub Valentiniano fecundo. Defuncto Episcopo Lugdunensi, divinitus indicio facto per puerum, à clero populoque Lugdunensi ad Episcopatum invidus protrahitur, effraicta spelunca janua. Eruditus vir fuit, & facundus mirum in modum, ut scripta ejus testantur. Petronio Bononiensi Episcopo coætaneus fuit, & Salviano.

Claudius Mamertus Episcopus Viennensis, ut in omni litterarum genere versatissimus, summus salva religione, philosophus, de Anima statim tres scripsit libros. Cum terribilibus potentis Vienna, totaque Gallia vexaretur, ad hæc etiam cum aedes publica ex improviso ardere cepisset, aliis aliud ad sua distinguentibus, solus ante aras immobilis consistit, & precum fervore atque lacrymarum fonte incendium restinxit. Ex hujus liberationis occasione instruit, ceu gratiarum loco, annua celebrandarum Litaniarum sive Rogationum festivitatem triduo, quod inter Dominicæ Ascensionis & Dominicum diem interjectum est. Claruit sub Theodosio juniore. Quinto Idus Maji obdormivit.

Severus Indus natione, Christi causa peregrinatus, Viennam venit: & miraculis clarus, templum centum Idolorum ante urbem destruxit, & in D. Stephani aedem transtulit. Factus inde Viennensis Ecclesie Episcopus.

Lupus septimo anno uxorem volentem deseruit, & Lirinenfe monasterium ingressus, ex eo aliquandiu post ad Ecclesiam Trecentinam Episcopatum vocatus est. Vir fuit magnus, etiam miraculis clarus. Cum Attila Galliam vastaret, & urbi quoque Trecenti immineret, Lupus ei obviam fuit habitu Pontificali, & Attilam, quissam esset, interrogat. Illo respondente, Dei esse flagellum: jussit ei aperiri portas urbis, hac salutatio: Faustè ingrediar Dei flagellum. Attila ingressus cum suis copiis, cæcitare percussus pertransiit tantum, & civitate relicta incoluit. Obiit anno Christi 480. Zenonis quinto. Cum Germano Antiodorensi Episcopo in Britanniam contra Pelagianos profectus esset.

Sidonius Lugdunensi patria, illustri familia natus, in omni litterarum genere excellens, in Rom. principum aulis versatus est. Maximi Averi Imp. filiam duxit in uxorem: quo à Majoriano interfecto, Arvernorum Episcopum constitutus est, quamvis invidus, atque satis grandis. Scripta ejus extant, poetica præsertim. Contra Gothos Arrianos acriter pugnavit. Aprunculum sibi jussit sublini 9. Calend. Septembris, primis Justinianus temporibus.

Martinus Sabaria Pannoniorum oppido ortus, Ticini tamen à parentibus gentilibus nutritus, patre Tribuno: decimo ætatis anno sponte sua ad Ecclesiam transit, & catechumenus factus est. Anno ætatis 17. sub Constantio & Juliano à patre invidus ad militiam ductus est, & in ea per triennium vixit, antequam baptizaretur. Cum apud Vangionum urbem Julianus prælio certaretus esset, Martinus artus pugnare detestavit, solo Crucis signo se munire volens. Eam rem indignè ferens Julianus, carceri eum includit, & in crastinum inermem hostibus obicere cogitabat. Sed precibus Martini pax facta est. Ex militia dimissus, ad Hilariū Pictaviensem Episcopum profectus. Rediit inde ad suos, & parentes convertit. Tandem ad Hilariū revertsus, atre à Turonenibus inductus, eorum Ecclesie Episcopus, quamvis invidus, constituitur. Miraculis fandi & prophetie dono fuit clarus. Contra Arrianos pugnavit in Illyrico, ubi à sacerdotibus castus, & urbe eiectus est. Item Mediolani ab Auxentio Episcopo plurimas eandem ob causam affectus iniurias. Febre obiit ætatis 81. Episcopatus sui 36. Christi 406. aut 410. tertio Idus Novembris.

D Remigius Gallorum Apostolus, Remensis fuit, ex castro Landuno. Ortum ejus prævidit Montanus quidam monachus, qui cum pro pace Ecclesie contra Gothos Arrianos Deum deprecaretur, nascituram quandam Remigium audivit, qui Gallos ab istis calamitatibus liberaretus esset: in peccatis quidem conceptum, sed in utero matris sanctificatum, ut Joannem Baptistam. Natus est anno 429. Theodosio juniore 22. Mortuo Bennadio Episcopo Remensi, ipse anno ætatis 22. ad Episcopatum cogitur. Eruditus fuit, & eloquens valde, miraculis & prophetie dono clarus. Regem Clodoveum primus convertit, & de ejus exercitu tria milia baptizavit. Arrianam impietatem strenuè confutavit, Scripsit etiam commentarios in veteri & novum Testamentum. Obiit anno ætatis 96. Idibus Januarii, cum Episcopatum gessisset annis 74. & amplius, anno Christi 500. vel 498. aliis 545. Germanus.

A Germanus civis & Episcopus Antiodorensis, Romam studiorum gratia profectus, legibus operam dedit, & causas in foro egit. Inde praefectus agri Antiodorensis factus. Cum templum aliquando ingrederetur, Amator Episcopus ex improviso cum sacerdotibus eum circumflans, manus ei imponit, & Episcopum creat, etiam repugnantem. Mortuo Amatore, ne divina relucerelet electioni, Episcopatum suscipit, in quo contra haereticos acriter pugnavit, ita ut bis in Britanniam cum Lupo Trecaffino Episcopo contra Pelagianos missus fuerit. Ex Britannia rediens, Ravenna obiit, anno Domini 450. sui Episcopatus 30.

Patricius Brito genere, secundus Hyberniae Episcopus, patre Calphurnio, presbytero; matre Conche, D. Martini forore: primum Succhar dictus, inde Magonius a Germano Antiodorensi Episcopo: tandem Romae propter ingeniosos mores Patricii cognomen tulit. Post Palladium ad Scotos Archiepiscopus mittitur a Caesestino Pontifice, an. Christi 422. Miraculis & doctrina totam insulam convertit, & Pelagianum errorem extirpavit. Eius precibus datum ajunt, quod nullum animal venenatum in insula reperiant. Obiit an. Christi 492. aetatis suae 122. cum praesulisset annis 60.

Anastasius Episcopus Antiochenus fuit. Cum Justinus Imperator coram haereticis amplecteretur, qui opinabantur Christum non mortalem carnem assumpsisse, sed eam, postquam assumpta esset, immortalem extitisse, & omnes sacerdotes huc opinioni subscribere vellet: omnes ore uno sunt professi, se Anastasium Antiochenum sequi. Quem cum Imperator in suas partes traducere vellet, acriter ille resistit, & suos follicitudine movuit: Si quis aliud Evangelium docuerit, anathema sit. Justinus tandem eum in exilium eiecit, propter avaritiam ecclesiasticae pecuniae ab eo in pauperum usum consumptam. Post viginti tres annos mortuo Gregorio, Episcopatu suo restitutus est.

Fulgentius Afer, patre Fulgentio fenatore Carthagenensi ortus: primum monachus, postea Ruspensis Ecclesiae Episcopus factus est. Plurima scripsit. Acriter contra Arianos pugnavit. A Theodosio Vandalarum rege Arriano cum 220. Episcopis in Sardiniam relegatus, rediit. Item deinde expulsus, eo quod contra Pintam Arrianum scripsisset, & iterum revocatus, obiit anno aetatis 65. Episcopatus 25. sub Anastasio Imp.

Macedonius, Episcopus Constantinopolitanus, sub Anastasio Imperator in locum Euphemii substituitur: vir sanctus & orthodoxus, & Chalcedonensis synodi contra Imp. Manichaeum assertor, populoque carus. Accensus de supra, subductus in iudicio vestitus, se virilibus carere ostendit. Tandem tamen iniuste ab Imp. Eucharistiam exultant mittitur: & quia propter Hunnorum irruptionem per Caspium portas Gangram se contulerat, Anastasius missis percussoribus, eum cruciatus curavit, anno Christi 517. Anastasi 24. & post mortem eundem in somnis apparens, Anastasium ad Dei tribunal vocavit.

Marcellinus Episcopus Anconitanus podagricus, abortu incendio, quod nulla aequa vi restinguere poterat, ipse sese flammam adversum inferri curavit. Eius tactu flamma miraculose cessavit. Floruit sub Tiberio. *Greg. Turon. lib. 1. Dialog. cap. 6.*

Herculanus Monachus sanctissimus, Gregorii magni nutritor, Episcopus Perusinus factus. Cum Totila exercitus post septennem obsidionem Perusium expugnasset, ex regis mandato civis omnes necantur. Herculanus capite truncatus, deinde excoriatus, tandem e muro praecipitatur.

Venantius Honorius Clementianus Fortunatus, non procul Tarvisio natus, & Ravennae educatus, amore Martini (a quo in somnis oculorum dolore liberatus erat) Turonum proteclus, inde Pictaviam: primum presbyter, deinde Episcopus factus est Pictaviensis, & Gallos ad miorem vitam cultum traduxit. Scripsit multa versu & prosa. Claruit an. Christi 576. sub Iuliano juniore.

Alcimus Agius Viennensis, inter Christianos poetas non postremus: a monachis primum in cenobio Sanctorum Petri & Pauli Viennae Galliae, patre mortuo, ad Episcopatum Viennensem evectus est. Scripsit heroico carmine. Gundebaldum Burgundionum regem in Arrianum haereticum lapsum, magno cum labore Ecclesiae Catholicae restituit. Deinde ejus hortatu contra Arrianos Dialogis aliquot certavit. Claruit anno 490. sub Zenone & Anastasio. Sepultus in monasterio Viennensi sanctorum Petri & Pauli.

Gregorius Avernenis patriae, anno aetatis 8. praepreceptor Avito utus est: inde a Nicerio Episcopo Lugdunensi in sacris literis institutus. Octavo Iuliani junioris anno factus est ex monacho 14. Ecclesiae Turonensis Episcopus. Miraculis claruit. Scripsit etiam quaedam. Chilpericum regem resistavit, qui non adtemebat distinctionem personarum in Trinitate.

Germanus Augustodunensis, Abbas primum, deinde Episcopus Parisiensis, incredibili zelo religionis Francos accendit, doctrina simul & exemplo oves suas pascens. Cum aegrotaret, in pariete opposito sculpti iussit haec verba: Quinto Calendis Maji (seu Junii;) quo die obiit octogenarius, sepultus Parisiis apud S. Germanum de Prato. Huic Chilpericus Rex, aliqui impius, honorificum crexit Epitaphium.

Amandus in cella S. Martini per 15. annos moratus est. Inde Trajactensis Episcopus creatus, in Valsconiam pro infidelibus convertendis migravit: tanta auctoritate, ut Dagobertus Rex ad neminem alio, quam ab Amando, filium suum baptizari vellet: quoniam eum propter liberam reprehensionem prius in exilium eiecit.

Joannes Cyprius Episcopus, a beneficentia in pauperes Eleemosynarius dictus est. Exules revocavit, captivos redemit, bona Ecclesiae auxit, coelibatum acerrime custodivit. Metaphrasas cum saepe Ecclesiam bonis omnibus exuisse, neque tamen inde damnum ullum sensisse scribit.

Cyriacus Mauricio Imp. charus, Episcopus Constantianopolitanae, Phocam patricium vi compulsus inauguravit, cum prius tamen ad orthodoxae fidei professionem, & promissionem de non turbanda Ecclesia cum adegisset. Postea cum Phocas Constantianum cum tribus filiabus ex Ecclesia abire percoeretur, ei resistit, & juramentum ab eo accepit de illarum incoluntate.

Joannes Episcopus Bergomensis, tanta doctrina fuit & sanctitate, ut Juniperus etiam rex Longobardorum illi assurgeret.

Gregorius in Sicilia, in vico qui Praetorius dicitur, prope Agrigentum natus, ex baptisimo susceptus est a Poramione Episcopo Agrigentino. Octavo aetatis anno apud Damianum grammaticum coepit cognoscere litteras: & intra quantum aegros tantum profecit, ut in clericum reciperetur. Inde ad Terram Sanctam profectus, Hierosolymis a Macario Episcopo factus est Diaconus. Postea Antiochiam petiit, mox Constantinopolim, tandem Romam, ubi a Pontifice in Episcopatum Agrigentinum electus. *Metaphras.*

Joannes Trajactensis Episcopus vir Clothario factus, Agnus vocabatur: & agricola erat, literarum penitus expertus. Quidam divinitus moniti, cum ad Episcopatum vocant, ille reculare, quod uxorem haberet, quod indoctus esset: denique quod non minus ad tantum munus ineptus esset, quam baculus quem manu gestabat, ad germinandum. Dictum virum baculus illic germinare coepit. Quo quidem prodigio motus, divinae vocationi paruit: & a Clothario rege confirmatus, pro Agno Joannes dictus est, & doctrinam simul cum reliquis virtutibus Ecclesiasticis divinitus hausit. *Herigerus Abbas. c. 31.*

Leodegarius Pictaviensis junior Clothario a consiliis fuit. Postea Augustodunensi Ecclesiae praeficitur. Verum cum mores apud eum graviter increparet, cum fratre Garino in vinula coniecit. Et Garinus quidem lapidibus obruitur; Leodegarius vero in flumine quodam super acutissimos silices ambulare coactus; Deum semper laudavit. Abscissa lingua, vocem nihilominus retinuit. Tandem capite plexus est. Auctor caedis a demone correptus, seipsum in ignem coniecit.

Audomarus Tarvarenis Episcopus in Gallia, Tarvarenis & Morinos post Piciam & Victoris martyria ad idololatriam relapsus, revocavit in viam, & monasterium Sidhim extruxit. Ceteris Episcoporum precibus vitam recuperaverat. Sed caecitatem plus quam visum sibi profuturam cernens, petiit ad Deo denuo obrari oculis, & impetravit. Carnis stimulus sentiens, inter acutissimas vesperas se volavit.

Eliquis Lemovicensis, aurifer primò, inde Episcopus Nogiomagensis, pietate & miraculis claruit. Obiit anno aetatis 70. Christi 665.

Amulphus proavus Caroli Magni, dux Lotharingae, relicta uxore & liberis, in eremum se contulit. Mox ad Terram Sanctam peregrinatus est. Reversus, in Metensium Episcopum eligitur. Miraculis claruit. Reperit tandem solitudinem, & ibi obiit, anno 640.

A Aidanus Scotus, sanctitate & eruditione clarus, Lindesarnensis Episcopus apud Northymbros.

Anastasius Laodiceae Episcopus metropolitans, cum sacra faciens more solito exclamaret, Plebs tua & Ecclesia tua supplicat tibi: Salinus Arabum dux ad seditionem eum popululum cohortari existimans, eum in carcerem coniecit. Sed ab eo tamen denuo placatus fuit, Constantin. Copronymi anno 20.

Salvius Albinensis Episcopus, Chilperico Francorum regi in errorem Arianum prolapsio sese opposuit, & chartam in qua Rex scriperat, Trinitatem non in personarum distinctione, sed Deum nominandam, cum sibi praegeretur, discepit. Tandem in carcere cum discipulo suo Valentino interfecit.

Bonifacius Moguntinensis Episcopus, Germanorum Apostolus.

Vilbaldus Bonifacii Avanculus, Aichstadiensis Episcopus, Erfordiae & in Hassia Christum docuit.

Methodius ob imaginum patrocinium a Michaeli Balbo Imper. in carcerem coniectus, & a Theopilo Imp. paulo post in Panormum Antigonii insulam relegatus, & inter duos latrones conclusus, quorum altero mortuo & purecente, fortiter propemodum enectus, & a Theodoro pulo Syngelo constituitur Patriarcha. Adversarii ejus subornaverant mulierculam, quae affimabat, se ab ipso stupratam esse. Ipse vero calumniam istam refutabat, ostensis genitalibus, quae plane erant excicata, & ad veneris actus inepta. Interrogatus arem, Unde illud mali esset? respondit, se Romae aliquando libidinis actu perierat, rogasse Petrum & Paulum, ut sibi opem ferrent. Quare in somnis illos sibi apparuisse, & Petrum contactu suo omnem vim libidinis sibi ademisse.

B Photus vir insignis, primarius a secretis, & ab eruditione celeberrimus, fed adulter & neophytus, de foro ac faculari militia & habitu a Palatinis adibus educatus, & subito tonsus. Patriarcha Constantinopolis designatus a Barda & Michaeli Balbo Imp. Basilium, qui Michaelen ac optimum suum parentem interfecerat, ab idem Ecclesiae & communionis prohibuit. Propagationem fidei ad Rossos adjuvit. Basilio dissuasi, ne filium suum Leonem falso delatum, quod Patri infidias intrusisset, interficeret. *Zonaras tomo 3. in vita Basilii.*

Methodius ab Urolpho Moravis Juliomontanis, Venedorum populo, Episcopus & doctor constitutus fuit, sub Ludovico Pio. Eum ad Polonos quoque fidem Christi propagasse, scribit *Cromerus lib. 3. annotat. Aveninus lib. 4. Annal.*

Cyriillus una cum Methodio fratre doctrinam Evangelii praedicavit Slavis, seu Polonis. *Cromerus lib. 3. de rebus Polonorum.* Tempore Nicolai Pontificis Romam venit, & eoque corpus Clementis attulit: & diem isthic obiit, in Ecclesia Clementis sepultus est. Eum signa edidisse, scribit *Ranulphus lib. 5. cap. 32. in Polychronico. Antoninus tit. 16. c. 1. §. 9.*

Himerius sub Carolo Magno, monachus Parisiensis ad S. Dionysium, eruditione & scientia clarus, Remensis Archiepiscopus, circiter annum Domini 854. sub Lothario imperio. Adrianus secundus, ad Lugdunensem Episcopatum venisset ad Romanam sedem appellare, & quod non statim ad suum praepreceptor, Normannum & Carolum Regem excommunicasset, gravi epistola eum objurgavit. Ille respondit ei: Se non potuisse Normanni excommunicationem probare: & multo minus posse Carolum Regem excommunicare, cum sese offerat ad rei legitimum cognitionem. *Siebertus.*

Rabanus Maurus, Archiepiscopus Moguntinus. *Vide Tit. Theologorum.*

Carolus Dux Aquitaniae, filius Pipini Regis, a Ludovico Moguntinus constituitur Episcopus. Praesulit annis septem. *Aveninus lib. 4. Annalium.*

Haido, seu Hatto, ex Abbate divitis Angiae, Basiliensis Episcopus, ingenio & corpore insignis, a Carolo Magno circiter anno Domini 811. Constantinopolim ad Nicephorum pacis confirmandae gratia ablegatur, cum aliis quibusdam. Scripsit de eo itinere commentarium *Aveninus lib. 4. Annalium.*

Bertholdus vir sanctus, quintus Monasteriensis Episcopus, peccularem mortuum, quo tum laborabant ejus subditi, nimium timorem linguarum, curavit; indicto jejunio & celebratione Litaniarum. Claruit sub Arnulpho Imperatore.

Cranzius in Metropoli lib. 2. cap. 18.

Angarius Gallus, monachus Corbionis, cum aliis suis collegis ex Francia in Saxoniam, ad novam Corbeiam ad Vilsurgum extructam, a Ludovico Pio translatus est. Cum in eo cenobio artium & sacrarum literarum traditione prepararentur discipuli, qui ad Aquilonares gentes, Danos & Suetones, propagarent religionem Christianam, ipse praeter ceteris excelluit. Hamburgensis Episcopus factus, Ecclesiae & claustrum & Bibliothecam summo studio instructam habuit, sed a Danis capta urbe, exusta sunt omnia. Nicolaus Pontifex ei Brementem quoque Episcopatum contra Guntharium Coloniensem Archiepiscopum concessit, & Angarium ejusque successores Hamburgensis, & Brementis Ecclesiae Archiepiscopum, & legatum Apostolicum apud Danos, Sueones & Vandalos constituit. Quidam ex Danis ab eo baptizati, & animae & corporis agritudines deposuerunt: & ipse Bremis multos male habentes, in Xenodochiis verbo & contactu curavit. Prophetico spiritu praedixit, Rembertum adhuc puerum sibi successurum. Annos triginta quatuor in Episcopatu exegit: mortuus est Anno Domini 865. sepultus Bremae. *Cranzius in Metropoli lib. 1. cap. 42. & Chronicon Saxoniae.*

Heberus a Carolo Magno ad Bojorum Sueonum Regem, una cum aliis viris doctis missus. Lincopensis Ecclesiae in Ostrogota fundamenta laicit, ibique primus Episcopus egit. *Joannes Magnus in Gotica historia lib. 17. cap. 1.*

Ethelwolphus Egberti Anglorum regis filius, ab Helmoftano Episcopo Vintoniensi institutus. Suthnithi monachi hortatu monasticam vitam profectus: inde diaconus, & postea Vintoniensi designatur Episcopus, anno Domini 837. Mortuo Egberto, cum praeter ipsum de regia stirpe nemo restaret amplius, proceres regi communi consensu regem illum expetunt: sed obstat sacra initiatio. A Gregorio igitur IV. accepta dispensatione, Suthnithus fuit Episcopus, & Ethelwolphus regni administrator Osburgam dux uxorem. Decimo regi anno voti causa Romam venit. Scholam Anglorum, Hospitale Thomae dictam, incendio consummatam instauravit. Decimum regi sui partem sacerdotibus & monachis contulit, anno Domini 854.

Polyeuctus monachus spado, eloquentia & virtute insignis, Constantinopolitanus Patriarcha electus, statim Imperatorem Constantinum Leonis F. monuit, ut detestandam cognationem Romani senioris avaritiam coerceret. Nicephorum Phocam coronavit. Joannem Zimifcen, qui Theophanem Imperatricis instinctu, Imperatorem per sicarios noctu in lecto cubantem interfici curaverat, ad Ecclesiam, ut diademate ornaretur, properantem, tanquam eade polium prohibuit. Zimifce non quidem suis manibus, sed Theophanem impulsit per sicarios trucidatum Imperatorem afferente, Patriarcha Theophanem regia pelli, caesores exilio mulctari, ac decretum Nicephori, quo sibi jus designandi Episcopos arrogaret, irritum haberi postulavit. Zimifces Patriarcha postulatis acquiescens, regio diademate ornatus, ab omnibus Rex salutatur. Trigesimo quinto post die mortem obiit Polyeuctus. *Zonaras tomo 3.*

Pilgrinus Bataviensis & Laureacensis Episcopus, in Bavaria Geizam Hungariae regem convertit, & Laureacensem Ecclesiam Archiepiscopatum constituit, a Benedicto VI. impetravit, ne Juvaniensi seu Salisburgensi amplius subefferet.

Bruno Othonis Magni frater, a Colonienfibus, mortuo Vvigrido, ad Episcopatum evectus est. Lotharingiam quoque fratris Iulii a laociniis purgavit, magni Ducis summi Pontificis munere functus. Plurimos Normannorum & Danorum ad fidem convertit. Eandem sacrorum rationem in sua provincia constituit. In vinctu & vestitu frugalis fuit. Mores monachorum fluxos coarctavit.

Adelgagus Unnoni successus, trium Othonum cancellarius. Harakum Daniae regem baptizavit, & multos ad Septentrionales doctores misit.

Othricus secundus Magdeburgensis Episcopus, anno 984. saeculo suo ob eximiam eruditionem celeberrimus. Qui eo praepreceptor utus fuerat, ceteros scientia praecellere omnium opinione judicabatur. Romani confirmationis gratia

A gratia contendens, in itinere defecit. *Crantzius in Metropoli, lib. 3. cap. 37. & Tribemius in Hirsingensi Chronico.*

Hildebertus frater Conradi Rom. Regis, Abbas Fuldenfis priatum, mox Moguntinus Episcopus, doctrina & prophetia claruit. Anno 939. obiit, cum Romanus Episcopus designatus esset.

Villegisus, quem Hermannus Gizeas VVilhelmum vocat, humili loco, patre thedrario, in Saxonia pago Stromingo natus, virtute & prudentia adeo excelluit, ut ab Imperatore Othone ad Diaconi officium in aula eveheretur, & maxime feris adhiberetur in aula de regno administrando consultationibus: imò filium Othonem III. ejus fidei & disciplinae Imperator tradidit. Tandem Moguntinae sedi datus est Episcopus, anno 976. Post Othonis II. obitum, cum filius ejusdem, ratione aetatis, ad imperii molem minus aptus esset, ejus curam & administrationem sustinere, ipsamque Othonem III. regem inungere cogitur.

Primus in Moguntina Ecclesia hanc dignitatem accepit, quod cum ceteris Electoribus ordinariis, juxta Othonis constitutionem, Henricum Claudium Rom. Imp. consecravit. In partibus sui Oratorii rotas depinxit ac suspendit, hac inscriptione: Villegise, prioris tuae fortunae memor, qui nunc sis, considera. Nemini autem adiuvi in conclave illud patebat: unde gratiam ibi thesaurum reconditum teneri, plurimi suspicati sunt. Intromissus autem aliquando Henricus Claudius Imperator, nihil praeter rotas & literas pictas vidit: idque in vulgus postea sparsit, ac ut Pontifices Moguntini prioribus insignibus duas rotas adjiciant sanxit. *Navelerus, Hermannus Gizeas, & Bruchius de Episcopatu. Mortuus est anno pontificatus sui 36. qui fuit Christi 1011.*

Notingerus, seu Notogus, Constantiensis Episcopus, ex caenobio S. Galli vocatus, vir doctus & pius, Commentario in Eusebiae scriptis, & tanta fide praefuit, ut D. Huldricus Augustanus Episcopus integro triennio feris & jejunium indixerit, ut Notingero similem successorum Deus daret. Obiit anno 935.

Conradus Comes de Altorf, Notingero praecceptor successeit. Patrimonium omne in templis extruendis absumpsit. Ter Hierosolymis petiit. Inluc Acronio fisis pedibus ambulavit. Araneum calici sacro illapsum sine noxa hausit. Obiit anno 976.

Huldricus ex primaria Sueonorum nobilitate de Kiburg & Dillingen natus, à primis annis in caenobio S. Galli educatus, Vvahingo monacho praecceptore utus, nisi ab amicis prohibitus fuisset, monasticum habitum assumpsisset. Familiaritate Adelberti Augustani Episcopi utus, tandem anno 923. defuncto Hildeo, Henricus Aceps, ad occupandum Augustanum Episcopatum, cum domo evocavit. Othonis Magni castra secutus, Ungaros magna clade affecit. Augustanam urbem extendit, ipsamque S. Aftae templum, quod Ungari solo aquaverant, intra moenia conclusit: suoque de nomine, priori mutato, dici noluit. Monasterium virginum in eo loco, ubi Ortho Ungarorum fuderat exercitum, extruxit, quod Stephani nomine dixit: eo quod Ungarorum rex captus, & baptizatus, idem nomen exceperat. Schedelius & Bruchius. An. Episcopatus 50. Christi 973. aetatis 83. obiit.

Gulielmus plebanus in Catzenhufen, quod Imperatorem Conradum in venatore à suis aberrantem perhumaniter exceperat, & symbola loco corrigiam de cervina pelle solam petiisset, Monasterium apud Vespthalos Episcopus ordine xv. creatus fuit. *Crantzius lib. 2. cap. 19. Metropoles.*

Theodomerus Saxo, vir doctus, primus Boemorum Episcopus ab Othone II. constitutus, cum iis antè praefuisset Reginoburgensis Episcopus.

Secundus Boemorum Episcopus Vojeccechus Cromero, Vviftech Siegebeto, Adelbertus seu Albertus juxta Sabelicum, ab exteris gentibus dictus, amplissima familia Boemorum natus, patre Lubeco, qui suum regnum in Boemia, ad Surinam & Nisan usque stavit, & ad Hercyniam sylvam apud Teutones, & in Polonia ad Glastum usque agrum extendebat. Gravi morbo correptus; à matre Suxellava ad D. Virginis adem deferretur. Qua cum votum ibi reddidisset, perpetuo hunc suum filium religioni addictum fore, sanctitatem ipsi impetravit. Apud Fuldenfis monasticum habitum assumpsit. Boemis Episcopo destitutus, ipse Prae-

residere iustus est. Verum cum ob gentis pertinaciam E frustra aliquandiu docuisset, Romam abiit, ibique monasticae vitae habitum denuò assumpsit. Boemi ejus abitu indignari, parentem & fratres trucidarunt. Roma deinde pro Boleslam ducentem revocatus, sacerdotis munia obiit. Boemi eadem, qua prius, in eum uti sunt inhumanitate. *Bonfinius lib. 1. Decad. 2. Ergo Ungaros adiit, Gaudentio fratre alioque religiois cum comitantibus. Ibi copiosum suae predicationis fructum fecit, & regis filium Stephanum sacro baptismate initiavit. A Polonis honorifice susceptus, duce eorum Miecislao, singulari eum favore complectente, eandem ipsi, quam Ungaris, navavit operam. Nocturna visione admonitus, ad Borussia abiit, & tandem propè oppidum Fishausen, Ethnicorum flammam instinctu, à Barbaris trucidatus est, anno Christi 995. Cujus corpus Boleslaus dux tanto auri pondere, quantum cadaveri responderet, à Barbaris redemit; & ad Gnesensem delatum Ecclesiam, terrè ibi mandari magna solemnitate curavit. Monumentum ejus plurimis inclaudit miraculis. *Bonfinius lib. 1. Decad. 2. Cromerus lib. 3. Divorum catalogo inscriptus, eique festus agitur dies 1x. Calend. F. Maji. Tribemius.**

Dunstanus amplissimo Anglorum genere natus, praeter linguarum & artium studia, in primis Musica instrumenta, magna cum felicitate, tractare didicit. Manum etiam ad imagines ex omni metallo effingendas & exculpandas habuit promptissimam. Sub Edmundo Anglorum rege, Abbas Glaconiensis factus. Ob liberam reprehensionem Edgari regis incoctus, in Flandria per quadriennium exulavit. Revocatus ab Aduino, qui patri successit, Vigorniensis & Londinensis Episcopus factus est. Mortuo Odone Cantuariensi Archiepiscopo, Dunstanus communi consensu ei successit. A Joanne XII. Pontifice confirmationem & pallium impetravit. Ob Eduardum pii regis caedem, calamitatem ingentem Angliae imminere praedixit: quae paulo post secuta est, Danis regnum occupantibus. Paulo ante obitum, cum in lecto decumberet, Seraphim vidit, & ab Angelo antiphonam didicit: O rex gentium, dominator omnium, propter fidem majestatis tuae da nobis indulgentiam, rex Christe, peccatorum. Obiit anno aetatis septuagesimo nono, Christi 988. ac in Divorum numerum relatus est. *Polydorus Vergilius lib. 7.*

Poppo Slefvicensis Episcopus, veste cera illita in igne illensis, Danos convertit. *Crantzius lib. 3. cap. 43. Metropoles.*

Volfgangus Suevus, Comes Pfullingensis, duodecimus Ratisponensis Episcopus, vir suo faeculo doctissimus, comes Pilgrini ab Ungarorum rege Batavia evocatus, ut suam gentem de vera salute erudiret. In Boemia quoque, qua nuper idolorum cultu abjecto, Christo nomen dederat, de voluntate secundi Othonis Episcopatum instituit. Lotharius Gallia rex, rupto, quod cum Othone inierat, foedere, Orientale quoque regnum suo adjungere vi & armis contendebat. Imperator per continuos duos menses cuncta caede & incendiis vastavit, solis templis salvis, & inter redeundum castra ad Uxonam flumen posuit. Huic expeditioni VVolfgangus interfuisse, primaque ceteris hesitantibus vadum invenisse, flumen superasse, animumque militibus addidisse dicitur: quemadmodum Reginoburgenses adhuc praedicant & depingunt. Obiit anno 994. *Aventinus lib. 5. Annalium, H. & Navelerus.*

Post Xiphilinum Cosmas monachus, litterarum quidem raris, sed virtutibus omnibus ornatus, & hac de causa Michaeli Imperatori Duce filio admodum gratior, designatus patriarcha Constantinopolitanus, cum Alexium Comnenum exactionum nullam ponere modum, omnemque emendationis spem sublata videret, ministro dixit: Tolle Placetium & sequere me; & simul ade facta egregius est: in quam nunquam rediit, quavis Imperatores id magnopere flagiterent. Fidelem autem populum pavit annos 5, menses 9. *Zonaras tom. 3.*

Petrus Albanensis Episcopus, illatus per pyram ardentem transiens, simoniae reum comprobavit Petrum Florentinorum Episcopus: unde postea Ignescus est appellatus. Obiit anno Domini 1088. juxta Viripergenem.

Ivo Beluacensis canonicus, divinarum Scripturarum non ignarus, & Canonum sanctorum Patrum interpres, ab Urbano Romano Pontifice creatus est Episcopus Carnotensis, anno 1092. Ex volumine Isidori de decretis Apostolicis con-

compendium excerptit: quod capitulis distinctum, sententias Patrum alibi citavit, cui titulum fecit Panormiam, quo libro Jureconsulti usque ad tempora Gratiani sunt usi. Cum Philippi regis Francorum improbare conjugium, in carcerem conjecisset. Cum primates Carnotenses cum vi libera molirentur, à proposito eos dehortatus est, monuitque, ut orationibus potius ad Deum rem agerent. *Sigebertus Henricus de Erfordia, Tribemius.*

Bruno, Conradi Carinthiae Ducis filius, Conradi Imperatoris (cujus patruelis erat) beneficio Herbipolentium factus Episcopus, sacrarum litterarum raro exemplo studiosus fuit. E Patrum scriptis totius Plakterii enarrationem non sine labore comportavit, & Anastasi symbolum explicavit. Cum Mediolanum oppugnaret Conradus, Bruno, fieris peractis, sub quibus aeris intemperies suborta fuerat maxima, Imperatore adiit: & sibi D. Ambrosium urbis praesidem apparuisse ait, & extrema quoque interminatum, nisi discederet. Quo prodigio, obsecro soluta est. Anno Christi 1045. cum Henrico III. in Ungariam profecturus, ruina cascanti, ubi ex itinere forte diverterat, cum multis aliis oppressis, septimo die expiravit. Cadaver VVirtzburgum reportatum, ipse Sanctorum catalogo acrispuit. *Bergomensis lib. 12. Hermannus Contratus, & Bruchius de Episcopo.*

Stanislaus cognomento Sciepanovius, nobili Borussia familia oriundus, ob singularem pietatis opinionem Lamberto Episcopo Cracoviensi susceptus est. Cum rege Boleslam admoneret, ut levitiam, expilationes, adulteria, luxum exeret, idque frustra saepius monuisset, anathematis vinculo cum constrinxit. Rex captata occasione Episcopum in templo obrucavit, disceptas partes canibus devorandas objecit, anno Domini 1079. *Cromerus de reb. Poloniae lib. 4. Crantzius lib. 3. cap. 13. & 14. Vandalia.*

Lanfrancus Cantuariensis Episcopus, Papiensis ortu, fuit vir tam divinis, quam humanis litteris doctus, in rem divinam domi forisque augendam gnaviter incubuit: in rebus vero agendis nemo homo hoc uno callidius consultit, sanctius egit, impensius quod & republica esset, omni tempore fecit. Quapropter & de regno & regibus mirum in modum benemeritus est, quasi communis patriae pater. Sua enim prudentia atque animi pietate saepius tum Normannis, tum Anglis magno reum turbine fluctuantibus, praesidio adfuit. Lenivit Gulielmi regis duritiam: fovit Anglos magna charitate: precibus, pollicitationibus & premiis in officio eodem continuit: seram Russi naturam consilio & praecipitavit: concillavit Anglorum animos eidem. Crimini tamen eidem datum est, quod de Russo, cuius natura pervererat non ignorasset, regere creando nihil laborasset: & quod Vullstanum Vigornensem, virum optimum, pontificia privasse dignitate. Obiit anno 1090.

Vullstanus monachus Anglus ad Vigornensem assumptus Episcopatum, licet eruditionis parum haberet, sancto juramento ad votum se astrinxit, nunquam se deinceps carnes gustaturum. Is enim, dicebat, praesertim assis, & naves & mentem advocari a factis: nec ea devotione Missarum solemniam, ut fieri debebat, peragi posse: ut *Ranulphus lib. 7. Polychronici* testatur. Hunc Lanfrancus Episcopus Cantuariensis in Londinensi Synodo, ob litterarum incitiam, sede remouendum censuerat. At Vullstanus se insignia Episcopatus ei, cuius beneficio accepisset, redditurum respondens, profectus est ad sepulchrum Edvardi regis: & exuto insigni vestitu, baculum pastorem tam altè monumento lapideo infixit, ut nulla inde vi extrahi posset. Quo miraculo rex Gulielmus Conquestor & Lanfrancus terrenti, ut suo liberè deinceps fungeretur honore, obnixè rogarunt. *Polydorus lib. 9.* Obiit anno Domini 1095. vel circiter, & in sanctorum numerum relatus est.

Otho Frisingensis Episcopus, Lutetiae Philosophiae atque Theologiae cognitionem imbibit. Hinc eorum monachorum, quorum antea extiterat discipulus, praecceptor & Abbas constitutus est Morimundi. Cisterciensium ordinis. Circiter annum vero 1140. per Conradum Imp. fratrem uterinum, Frisingensis designatus Episcopus: quem etiam in Asiaticam expeditionem secutus est. Historiam ab exordio mundi usque ad sua tempora in octo libris digessit. In Dialectica & Philosophia nonnulla edidit, primoque rationem disputandi Aristotelicam Bavaros docuit. Obiit Morimundi anno 1159. *Sylvius & Aventinus, lib. 6.*

Otho Comes Andecensis, Cancellarius Henrici IV. Imper.

ab illo Bambergenfis Episcopus investituram per baculum E & anulum vel inivius accepit: mox à Paschali II. Anagninae herefoes hujus veniam impetravit. In victu frugalissimus, erga pauperes beneficentissimus, miraculis donoque sanationis claruit. Pomeranus ad fidem convertit. Praefuit annis 37. Obiit anno Sal. 1139. *Chron. Bamberg. Libr. hist. Pomeraniae.*

D. Thomas Cantuariensis Archiepiscopus, in adolescentia petulans miles fuit: hinc regis Henrici cancellarius, & tandem Archiepiscopus, Angliae primas, & Apostolicus legatus, in pauperes benignus, regi imperitos sacerdotales dignitates promoventi resistit. Inque in exilium eicitur. Miraculis claruit. Interfectus tandem à quomodo ficiarius inficio rege, cui tamen ob eam eadem sacris interdictum fuit. *Antioch. vita, & Polydorus.*

Malachias Hybernus, Archiepiscopus Hyberniae anno 1128. pauperes aluit, mortuos sepelivit, in dicendo assiduo, à paganismis multos convertit, miraculis claruit. Romam peregrinatus, in Claravalle obiit. D. Bernardus sancti oratione eum cohonestavit.

Henricus Lubecensis Episcopus, cum Henricum Leonem F Brunsvicensis ducem in terram Sanctam comitaretur, Constantinopoli coram Imper. & suo duce Graecos de processione Spiritus sancti confutavit, & victoriam reportavit. Concionator fuit vehemens. *Crantzius lib. 5. cap. 41. Vandalia.*

Edmundus Cantuariensis antistes, Othonis legati Romae frequentes exactiones, in gratiam Innocentii IV. contra Fredericum Imper. factas, quibus Sacerdotes divexabantur, liberè reprehendit; ac non multo post statuens exilium libertatem anteponeere demeruisse servitium, in Gallias ad Pontinicum caenobium monachorum Cisterciensis Ordinis, & Altsiodorensis diocesis, perrexit, illic spontè exulatus, divi Thomae Cantuariensis secutus institutum, qui ad id loci, innocentiae asylum, confugerat. Ut vivens sanctimoniam, ita mortuus miraculis claruit: & ab Innocentio IV. in Divorum numerum relatus est. *Polydorus lib. 16.*

Hademus Zuingerus. * ILLUSTRIORES ALIQUOT EPISCOPI BELGII. G

Series vero omnium qui Belgiam Ecclesiam usque ad hac tempora rexerunt, dabimus in fine hujus loci.

Etiam in Belgio insignes pietate & eruditione Antistes extiterunt, ex quo Paulus IV. novos in eo Episcopos instituit, anno M. D. LVIII. Inter hos Franciscus Sornius, cuius iudicium tum Rom. Pontifex, tum Rex Catholicus Philippus II. in Belgicarum Diocesium separatione, & institutione adhibuit; ex professore S. Theologiae in Academia Lovaniensi, factus Episcopus Sylvaedunensis, ac annis IV. in functione illa expletis, Antverpiensis, utranque Cathedralam primus summa cum laude administravit. Haereticum sensum irrepentem, cum ore, tum calamo extirpare conatus, tres demonstrationum Christianae religionis libros evulgavit, & colloquio quod de rebus Fidei VVormaticae institutum erat, interfuit, magnamque sui desiderium moriens reliquit, postquam annos 6. menses 2. Antverpiensem Cathedralam rexisset.

Cornelius Janssenius eodem tempore Flandriam non minus, quam Somnus Brabantiam, sui nominis splendore illustravit. Publicis namque docendi muneribus perfunctus, Gandavi, quod natale solum est magni iustis Caroli VI. primis Antistes illuxit. Eruditionis ejus testis fit Concordia in historiam Evangelicam toto orbe celeberrima: ut nihil dicatur de aliis ejusdem operibus.

Neque fuit Gandavensibus minus granum Gulielmi Lindani nomen, quod etiam apud Ruremundenses celebre fuerat, utriusque enim cum Praesulis honore praefuit. Fuerat per Hollandiam & Frisiam pravitate haeretica designatus quaestor, & in Dilinga Suevorum Academia renuntiatus professor. Atque in tanto laborum decursu, tot tantaque ingenii sui monumenta reliquit, ut vix cuiquam omnia evolvere vacaret. Subrogatus est in locum Cornelii Janssenii, & eundem cum eo tumulum in aede sua Cathedrali sortitus, quem hoc disticho exornavit *Maximil. Vrintus* Poeta Gandavensis.

Vnicus est Phoenix: cineres hac tumba duorum Phoenicum verae Religionis habet.

Ceter-

Ceter-